



Dette værk er downloadet fra **Danskernes Historie Online**

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

#### **Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor**

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

#### **Ophavsret**

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

#### **Links**

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

# KIRKEHISTORISKE SAMLINGER,

TREDIE RÆKKE,

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

HOLGER FR. RØRDAM,

Dr. phil., Preest.

FØRSTE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD.

THIELES BOGTRYKKERI.

1874—77.

## Breve til og fra Holger Rosenkrands.

Ved Holger Fr. Rørdam.

Blandt de Mænd, hvis Minde den danske Kirkehistorie med Kjærlighed gjemmer, indtager Holger Rosenkrands Jørgensen til Rosenholm, almindelig kaldet den lærde, en fremragende Plads. Han tilhørte en af Landets ældste og rigeste Adelsslægter og tidlig aabnede Statens højeste Stillinger sig for ham, men hans Hjærte drog ham til den stille Syslen med Videnskaberne, især dog til den hellige Skrift; og i omfattende Lærdom kunde han maale sig med sin Tids lærdeste Theologer, medens han i hjærtelig Fromhed overgik maaske dem alle. Han kom derfor til at udøve en betydelig Indflydelse paa hele sin Tids kirkelige Retning, og det ikke mindst derved, at han knyttede en hel Kreds af yngre, begavede Mænd til sig, der senere kom til at indtage fremragende Pladser i den danske Kirke. Det er dog ikke min Hensigt her at give en udførlig Skildring af Holger Rosenkrands's Liv eller af hans store Betydning for den danske Kirke — en saadan Skildring vilde være et smukt Emne for en kirkehistorisk Monografi — jeg vilde kun bane Vej for en fyldigere Opfattelse af hans Stilling til Samtiden ved at meddele noget af hans utrykte Brevvexling. Der er paa andre Steder, saasom i Suhms Nye Samlinger III, 35—42, IV, 1, 183—4, i Dänische Bibliothek II, 140-98 og III, 193-236, i Joh. Meursii Opera, edit. Florent. XI, i O. Wormii Epistolæ, p. 51—2 og andensteds alt meddele en Del Breve til og fra ham; men endnu

gjemme vore Bibliotheker og Arkiver en Mængde andre, som ikke ere af ringere Interesse for den, der beskjæftiger sig med den danske Kirkes Historie i Christian IV's Dage. Det vil derfor uidentvivl kunne regne paa Bifald hos kyndige, naar jeg her offentliggjør et Udvalg af disse. Desværre foreliger der i de allerfleste Tilfælde nu kun Afskrifter af Brevene, da Originalerne gik til Grunde med det rosenholmske Arkiv — vistnok det rigeste Privatarkiv, der nogensinde har eksisteret i Danmark — men da de Afskrifter, man har, dog i det hele ere gode, maa man være glad ved, at flere Videnskabsmænd i forrige Aarhundrede havde ladet taget Afskrifter af i det mindste en Del af rosenkrandsiske Brevexling, inden den gik op i Luerne. Ganske vist indeholde disse Breve forholdsvis færre egentlige Facta, men saa meget mere af personlige Stemninger og religiøse Betragtninger, ligesom de yde rigeligt Materiale til Skildring af den ærefrygtfulde Beundring, hvormed ikke faa af Samtidens bedste Mænd saa op til Holger Rosenkrands som en af Kirkens bedste Støtter og som indflydelsesrig Beskytter af al boglig Syssel. Det er kun Skade, at de fleste af Brevene ere skrevne paa Latin, som i vore Dage ikke læses med samme Lethed og Behag som i ældre Tid; men det gjælder jo saa meget, af hvad Fortiden har overleveret os, og lader sig nu engang ikke ændre.

## I.

**Fra Holger Rosenkrands's Studietid (1590—95).**

Til Oplysning om Holger Rosenkrands's Ungdomsstudier haves et rigt Materiale dels i 31 Breve skrevne af ham til hans Fader Rigsraad Jørgen Rosenkrands, de tre første (1587—90) fra Aarhus, de øvrige fra Rostok (1590—2) og fra Vittenberg (1592—4), dels i en Række Breve fra hans fortræffelige Lærer, Mag. Daniel Cramer, og fra adskillige af de Professorer, med hvilken han udenlands

kom i Forbindelse, skrevne til hans Fader om ham, og hvoraf det fremgaar, at han alt i sine unge Aar har været næsten et Vidunder blandt Studenterne ved sin Flid og sine Kundskaber. Endelig har man, foruden adskillige Breve fra unge i Udlandet studerende Adelsmænd (som Jørgen Brockenhush, Otto og Hans Lindenow o. a.) til Holger Rosenkrands, en betydelig Samling Breve fra Faderen til ham, af hvilke sidste nogle Udtog findes meddelte i Suhms Nye Saml. III. Der kan ikke være Tale om her at meddele hele Holger Rosenkrands's Brevvexling fra hans Studietid. Adskillige af Brevene fortjene dog sikkert at fremdrages, især fra hans Ophold i Vittenberg, hvor han, paavirket af Mænd som Ægidius Hunnius, Samuel Huber, Polycarpus Leyser og andre, blev greben af en brændende Nidkærhed for den rene lutherske Lære i Modsætning til den i hans Fædreland raadende halv kalvinistiske Retning, der især ved HemmingSEN havde faaet saa stor en Udbredelse<sup>1)</sup>). Særlig fortjener det nedenanførte Brev af 22de Januar 1593 Opmærksomhed, da det paa en saare levende Maade stiller os den unge Adelsmand for Øje som luthersk Ivrer, som Antiramist og endelig som de vittenbergske Theologers erklaerede Yndling. For at spare Plads er ved Udgivelsen af efterfølgende Breve jevnlig — dog ikke uden at det er betegnet — udeladt et og andet, især af Begyndelsen og Slutningen af Brevene, naar det var af mindre Interesse.

## 1.

1590, 22. Avgust. **Jørgen Rosenkrands til Sønnen.**

Kiere Holger, kiere Søn! Gud almectigste opholde oc bevare teg udi sin frøcht altiidt att leffue vdi Helbred oc Sundhed, att thu kandt forfremme teg i Alder, Wisdom oc

<sup>1)</sup> Af Holger Rosenkrands's Breve fra Rostok ses, at han allerede der tilhørte den strænge lutherske Retning; men hans lver fik dog en betydelig Tilvæxt under Opholdet i Vittenberg.

boglige Konster, att thu kandt leffue<sup>1)</sup>) hannem tiill Ere oc oss tiil Glæde oc Gode. Jeg will icke nu lade at skriffue teg till, effterthi meg stedis bud till teg; oc beger, at thu met thette bud wilt skriffue meg till igien, huor Leylig-heden ther nu begiffuer sig met theg, huadt Ordning thu holder vdi thine studiis daglige, oc om ther ere lerde Professores, som lese flittig vdi Vniuersitetet, att ieg ther aff kandt forfare, om thu forfremmer teg ther noget vdi Lærdommen. Thersom teg oc noget behoff giøris, att thu thet oc lader meg wide. Hues ieg kand forskaffe teg her aff Riget, som thu behoff haffuer, skalt thu wel bekomme, ther som thu wilt flittig ware thin Studering, saa ieg kand høre oc forfare, attu vdi Leffnit oc Omgengelse saa forholder teg, attu kand haffue øndeste hos Gud oc Mennisken, tha skalt teg well intet fattis, hues thu nøttørtig behøffuer till thin opholdt. Saa wed ieg nu paa thenne tiidt intet andit att skriffue teg till, men will hermet befale teg Gudt almectigste. Aff Kolding then 22 Augusti Ao. 1590.

Jørgen Rosenkrantz.

Udskrift: Myn kiere Søn Holger Rosenkrantz till egen Handt.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to og i Langebeks Diplomatarium.  
Dette Brev er det første i den lange Række af Breve fra Jørgen Rosenkrands til hans Søn Holger fra Aarene 1590—95.

## 2.

1591, 8. April. Holger Rosenkrands til Faderen.

Distulisse ad te scribere, parens dilecte, donec litteris tuis 27 Martii Rosenholmii datis digno responso satisfacere negotia sinerent. Verum inciderunt alia, qvæ me ad scribendum impulerunt, ne vel oscitantia qvadam tam opportunum neglexisse me tabellarium suspicares. Parenti etiam dilecto constare auebam de disputatione publica hic

---

<sup>1)</sup> Langebeks Afskrift har: blifue.

a me (pro ingenii viribus) die assignata, qvæ est 12 Aprilis, habenda, qvam occasione commoda jam mitto. Alterius hoc est generis exercitium, parens dilecte, nec minus utile; Physicum enim est, hoc est naturale; naturam vero quis non, habens in se ipso naturam, ardeat evolvere. Qvantum vero hoc thema sapiat theologici, et qvam valeat in dijudicandis sophismatibus qvorundam novellorum hæreticorum furum et latronum doctrinæ in verbo Dei patefactæ de Dei hominis omnipræsentia, hic taceo, de iis coram<sup>1)</sup>). Interim non est, quod parens dilectus ex hac disputatione me subito factum alium judicet, ut qvi proxime tanti Philosophum fecerim, ut pro eo in disputatione tanqvam pro aris et focus dimicarem, jam vero ipsius sententiam refutandam suscipiam. Hoc enim ipsum Philosophicum est, non in verba præceptoris jurare, nisi dum veritas simul jurat, imo hoc ipso nos Aristotelicos purgamus a calunnia, qvam nobis injecit mancipium qvoddam paucæ lectionis et judicii (qvod apud vos est), dum nihil aliud nos scire proclamat, qvam qvod nobis ab homine ethnico reicta sunt, interim nos pro unaqvaqe sententia licet absurdissima anxie pugnare, qvod falsum esse vel solus hic locus monstrat, dum pleriqe ex ipsius sectatoribus ipsum accusamus in descriptione loci, et in ea errasse eum monstramus. Hoc interim monere vellem, coronides illas ad finem thesum adpositas esse contradictorias sententiæ Rami, qvi eadem in scholis suis physicis profitetur, qvæ ibi in coronidibus negamus, ne ea ex propria mente confecta autumes. Plura ob temporis angustiam non hac vice; post disputationem Deo duce omnia copiose. His igitur salvus vive, vale cum matre dilectissima et tota familia. Rostochio ocyus 8 Aprilis Anno MDIXC.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium.

<sup>1)</sup> Holger Rosenkrands havde altsaa benyttet en fysisk Afhandling til Polemik mod Kryptokalvinisterne.

## 3.

1591, 9. Maj. Holger Rosenkrands til Faderen.

— — Magna cum hilaritate illa, qvæ ut graviora parenti chariora sunt (de studiis namqve meis eorumqve felici progressu loqvar), aggredior. Ubi scias, parens dilecte, me adhuc curriculo Philosophiæ volutari, cujus per annum fere ad has Rosaidas Musas sectator fui. Deo igitur duce id jam pridem aggressi sumus, qvod gravioribus rebus ac in studiis maximis perficiendis et perqvirendis paratissimum est, qvod collegia appellamus, in qibus hoc ordine progredimur. Vocatis enim de consodalibus meis, eosqve selectiores ac in doctrinarum studiis proiectiores, octo vel decem in meum convenimus musæum, ubi haud secus ac in publico collegio privatim nos per disputationes ordinarias, collatis studiis, præceptoris nostri Aristotelis philosophiam (tanquam saniorem ab omnibus scoriis Rami politam) pervolvimus ac diligenter inqvirendo percipimus, atqve ita præside Daniele Cramero pædagogo meo die unaqvaqve decima qvarta collatio instituitur, illo, qvem tangit inter nos distributus ordo, respondentem agente; qva totum philosophiæ Aristotelis tractum peragraturum me methodo ante festum natalitiae Christi instans, Deo dante, spero. Hoc meum præceptorisqve mei propositum tibi tanquam ἔργοθιώκτι atqve inspectori nostro supremo indicare vellem, ut de illo judicare, paternumqve tuum judicium mittere digneris. Hoc interim a parente dilectissimo petens, ut hoc unico studiis meis, qvo maximopere indigent, subveniat, authoribus nimirum hisce, Galeno et de naturalibus qvæstionibus Zarabella, qvorum, licet ille medicus, plura apud ipsum philosophica et physica qvam medica specialiter dicta, quantum ego perlegi, reperi. Hunc mihi præ omnibus physicum et philosophum (tanquam sine qvo Aristotelem imo docti<sup>1)</sup> nihil intellexerat qvisqvm) legendum ac cum

<sup>1)</sup> Afskr. i Ny kgl. Saml. 2091. 4to har: dicti.

judicio relegendum commendavit vir clarissimus ac philosophus celebratissimus Mathias Flacius Illyricus, Philosophiae Doctor ejusdemque in Academia hac Professor, præceptor meus observandus. Ego, qvatum in me situm, nullam intermittam nec diem nec horam, qvin studia mea, omissis omnibus parergis, diligenter et assidue, duce Deo, comitibus authoribus tanqvm institutoribus fidelissimis continuabo, atqve ita ut nequaquam parentem pigate dulcissimum filii qvoqvo modo promovere studia. His cum matre dilectissima totaqve familia vive, vale. Ex Rostochio 7 Idus Maji Anno MDIXC.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium.

#### 4.

1592, 13. Januar. Holger Rosenkrands til Faderen.

Tanta, parens dilectissime, litterarum, qvæ nos intercedunt, anticipatio me non modo perturbat, sed et cruciat, qvod negligentiae notulam incurrere videar, qvi tam raras vobis visus mittere litteras; matris cum D. Chytræi, elapsi anni 22 Decembris datas, 12 Januarii huius accepi, in quibus litterarum raritatis accusor, cum tamen per cancellarium Bordingum, per civem Havniensem, per tabularium Danum Argentina huc veniens (!), et jam postremo per Arnoldum Witfeldium litteras dederim de statu vitæ et studiorum nuperrimas et copiosissimas, qvarum qvasdam impeditas, qvasdam adhuc latere vereor. — — — Petiit a me inter alia colloquia D. Chytræus, ut ipsum apud te a calumnia nasutuli cujusdam, nescit cuius, meo etiam testimonio vindicarem. Se namqve apud regni proceres delatum percepit, nomine criminis læsæ patriæ et Danorum, ut qvod in publica lectione Chronici, Daniæ et Danis et qvidem summis maledixisset. Sed me, parens dilectissime, omnes ac fere singulas ipsius lectiones, me præsente propositas, audiisse constestor, audivi honorificantissimam fieri patriæ et regum mentionem, tantum absit, ut malediceret.

Regis Christierni 3. et Friderici 2., laudatissimæ memoriæ regum, raræ humanitatis<sup>!</sup>, clementiæ, benignitatis, magnanimitatis et (qvod vere regium) prudentiæ et authoritatis monumenta multis principibus incitamento esse, sæpius decantabat. Plurimorum autem conviciorum fundamenta, qvæ in virum istum conferuntur, ipse ego, qvi cum ipso sæpius conversor et de variis confero, optime novi et de relatis ab ipso mihi, tanqvm vere ejus, testare potero; verum non apud te, parens dilectissime, qvi, pro senili prudentia et in virum istum amore, optime qvalia qvæqve de ipso sparsa sint, absqve præjudicio judicare poteris. Ego, qvantum fidum decet discipulum, nominis ipsius tanqvm præceptoris mei mihi amantissimi apud alios æmulus ero et amans, qvoad vixero. Hæc de alienis. Studia mea adhuc philosophica sunt et saniora, qvi jam libros specialiores Aristotelis physicos cum collegis nostris disputationibus octodiurnis evolvam, cuius exemplar unum aut alterum una cum disputatione a me habenda post mensem mittam. Deus optimus maximus curriculum hoc ad finem perducat et propositum fortunet, qvi idem te cum matre dilectissima et tota familia conservet æternum. Vale, vive. Rostochio  
13 Janv. 1592.

Udkrift: Patri suo dilectissimo, Domino Georgio Rosenkrantz, hæ denter litteræ εἰς χεῖρε — Hafniam.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium.

## 5.

1592, 7. Oktober. Holger Rosenkrands til Faderen.

Nullas jam dudum dedi litteras jam inde ex eo, qvo Petrum dimisimus, ignoscat parens dilectus, ut spero, facile: deerat enim non voluntas, ast ansa et materia scriptionis. Nunc tandem, peracto sic satis fælicibus auspiciis itinere hoc nostro, res nostræ qvo sint statu, indicare volui. Rostochium 22 Septembris venimus, postqvam inte-

gros septem dies Getzöra pro austro boream cum desiderio exspectantes tædio maximo hæsissemus, exinde recta paterteram visitavimus, qvam salvam Dei nutu inventam tuo et matris nomine profesto Michaelis salutavi, et donaria cum litteris inscius obtuli qvam gratissima. Mandata expedivi sedulo; admonuisse se filium retulit, nihil tamen profecisse, nondum advenisse diem a Deo constitutam, pro responso accepisse se asserit. Interim litteras ab ipsa qvotidie exspectabas, causam exponet absqve dubio uberius. Transacto tandem itinere Musas salutavimus Leucoreas<sup>1)</sup>

2. Octobris die, musas, inqvam, mehercle laceras, ut qvod totus academiæ status dissipatus nondum restauratus sit, nullus siqvad adhuc locus reparatus, nulla professio, qvæ vacabat, præter solam Hunnii, restituta, egent enim viris doctis et ad docendum idoneis. Hunnius hinc sequenti septimana Voitlandicas ecclesias visitaturus discedet, intra bimestre vix ac ne vix qvidem reversurus. D. Mylius, Lipsiam vocatus, Jenam, ut audimus, relinqvere in animo habet; ad dictum tamen aliquot annorum terminum D. Polycarpum nullo modo relinqvere volunt cives Brunsvicenses, ut magna sit hoc statu theologorum inopia. Pierius et Crellius (ut de iis aliquid) captivi adhuc detinentur hic in arce Hohenstein, ubi hucusqve sat severo carcere inclusus ille, apud nos in arce hic custoditus, expectant sententiam in comitiis jam conscriptis brevi celebrandis ferendam. De vita dubitatur; Gundermannus namqve, postqvam revocasset, secreta qvædam eorum acta revelavit et miras technas, qvas descriptas globoqve turris culmini imposito Lipsiæ per Bakoffium consulem qvendam insertas esse admonuit, eum brevi, ut audio, globum aperire in animo habent, et chartas investigare ante comitia proxima volunt. Hæc de academiæ, qualis nunc est, statu, nos interim privatis nostris studiis invigilabimus; qvod si vero alia exorietur rerum facies, indicabimus. De mensa et habitatione sat prolixe

<sup>1)</sup> D. e. Wittenberg. Om Forholdene her se Tholuck, Der Geist der lutherischen Theologen Wittenbergs.

meus Magister, qvæ omnia sat commoda et ad votum.  
 Studia vero mea qvod attinet, mediocriter, sit laus Deo,  
 florent post quadimestre otium evigilantia. — Raptim  
 Witteberga 7 Octobris Ao. 1592.

Vnicus tuus et obseqventissimus filius  
 Olicherus Rosencrantz D.

Udskrift: Patri suo dilectisimo Dno Georgio Rosen-  
 crantz hæ denter litteræ εἰς χεῖρα — Rosenholm.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4., og i Langebeks Diplomatarium.

## 6.

1593, 22. Januar. Holger Rosenkrands til Faderen.

Diu est, qvo nihil litterarum ad vos dedi, sed non  
 otio torpentem nec ignavia desidem me id omisisse parens  
 dilectissimus opinetur, detentus enim sum præter votum,  
 præter voluntatem et omnem opinionem, nec data est mihi  
 ulla commoda occasio ad vos perscribendi, qvod idem vo-  
 bis accedisse facile reor, a qibus nihil mihi litterarum  
 adhuc redditum est. Tabellarius ille, quem Rostochio huc  
 convenientem singulis duabus hebdomadis habemus, litteras  
 eqvidem meas, sed frustra, eo perferre potuisset, hyemis  
 etenim severitate, qva trajectus ad vos congelatus, ulterius  
 transferri non posse hucusque constanter asseverabat; ab-  
 stinui itaqve a litteris hucusque nolens volens, et qvid  
 ferat mora temporis exspectavi; jam vero cum id res nostræ  
 exigant, de certo nos prospeximus nuncio, qvi a nobis  
 conductus, si Rostochio trajicere non poterit, per Holsa-  
 tiā ad vos, Deo duce, venturus est, qvos ut salvos et  
 incolumes inveniat, devoto pectore precor, anxieqve respon-  
 sum exspecto, variis hinc inde allatis clamoribus de morte  
 et obitu tuo me penitus fere prosternentibus, dum qvid  
 credere, qvid non debeam, in dubio siem.

Meam valetudinem qvod attinet, Deo meo optimo  
 maximo sat dignas persolvere neqveo gratias, qvi me modo

per patriam meam hucusque salvum deduxit, sed et in hunc usque diem in his locis me tutatus est benigniter, atque ita tutatus, ut hic, laus Deo, prosperiori usus sim valetudine, quam vel Rostochii vel in patria mea; pectoris enim angustia, qua alias non leviter infestatus sum, Dei ope plurimum levatus sum, ut etiam in eo agnoscam summum Dei in me beneficium. Consilium a Brucæo nondum habere potui<sup>1)</sup>, ipse gravissimos hucusque sensit cruciatus, atque in ipso agone versatus est; de quo quod incidit referam. In ultimo agone ubi sensit conscientiae stimulos, accerseri ad se Bachmeisterum jubet, et cum eo aliquot horarum spatio de negotiis ad salutem pertinentibus conferens, religionem pontificiam mutavit penitus, quod postea usu cœnæ dominicæ comprobavit et confirmavit; addidit, se in papatu natum, educatum, informatum, et propterea sperare sibi vitio verti non posse, quod reluctatus sit nonnihil, donec fundamenta nostræ religionis plenissime haberet cognita et perspecta; cum autem jam Dei benificio ex diligenti et assidua lectione examinis concilii Tridentini a Chemnitio p. m. conscripti id assecutus sit, libenter se doctrinæ sanæ a viro magno Luthero repurgatae subscribere velle corde et animo contestatus est. Hæc sunt, quæ de viro illo volui, opus sane divinum, cuius consilia imperscrutabilia recte agnoscimus.

Status academiæ qualisqualis est, paulatim enim illa reviviscit, licet adhuc sat lacera et prostrata. In jure, medicina et philosophia insignem hic habemus neminem, omnes clancularii Calviniani præter 2 aut 3, manus enim subscriptione reliqui conscientiam suam onerarunt, suspicionem vero (quod solum intenderunt) nondum sustulerunt. Etiam in hoc Deus falsitatis vindicta animadvertis. D. Egidius Hunnius parum adest negotio visitationis occupatissimus; brevi tamen celebrandis comitiis ad diem 25 Januarii edictis, res tota finietur. Magno huic viro, veritatis sacræ

---

<sup>1)</sup> Henr. Brucæus, Prof. Medic. i Rostok († 4. Jan. 1593).

propugnatori acerrimo, totiusque Germaniae et ecclesiæ Dei lumine splendidissimo, ut sum commendatissimus, ita mihi gaudeo, illam diem mihi subortam esse, qva hunc virum non modo docentem et disputantem audire queam, sed et ejus familiarissimo et doctissimo colloqvio frui mihi liceat. Obnixe autem rogo huic viro litteras dare velis, qvibus indicium facere poterit, aliquem adhuc superesse in nostra patria magnæ authoritatis virum, cui sacrosancta veritas per Lutherum disseminata cordi sit; id enim horum locorum theologi vix sibi persvadent ob lascivam levitatem Danorum, qvi his in locis aliquo temporis spatio vixerunt, qvibus, quasi ex barathro Stygiæ paludis advenientibus, ex faucibus venenum Calvinisticum effluxit, ac si ne unquam Lutheri scripta vel nomen audita vel visa in Dania essent. Samuel Huberus, vir doctrinæ excellentia et zelo pio in Calvinianos conspicuus, advenit atque professionem theologicam suscepit, disputando et concionando Calviniana dogmata fortiter impugnat, ut jam quantus vir fiet in illustri et conspicuo loco constitutus demonstrabit, ipsius conversatione familiarissime utor ab ipso invitatus, me amat, et summis beneficiis prosequitur, cujus doctissimis colloquiis non absque summa utilitate saepius invitatus adsum, et adsum lubens. Constitui circa festum Paschatos ipsius mensa frui atque domestica conversatione, si parenti dilectissimo visum fuerit me hic diutius relinqvere, qvod tamen summe opto et precor. In his duobus viris summis theologis tota salus academiæ sita est, qvos Deus conservet. D. Polycarpus Leyserus huc vocatus est, quem tamen respublica Braunsicensis dimittere noluit, nec adhuc vult, ipse tamen absque venia discedere se velle instat, nec enim se ad illam alligatum ecclesiam asserit; Hunnius, ut vir est candidi animi et divini verbi propugnator zelotes, hunc admonet, atque Polycarpum salva conscientia oves suas, quas videt in luporum manu contineri, absque venia relinqvere non posse admonet, quare D. Hunnius plurimorum civium odium hic perferre cogitur. Det autem Deus optimus

mus maximus, omnia ita transigantur, ne simultates inter tantos viros orientur. Sed de his cum tempore plura.

Qvod mea studia attinet, illa, laus Christo Jesu, adhuc florent, studiis publicis qviescentibus, privatis usi sumus hac hyeme iisqve philosophicis. Ad festum paschatos, restituta hac academia, studiis theologicis atqve politicis me applicare constitui, qvod in sui saltem nominis gloriam dirigat ille Deus, qvi hucusqve studia mea rexit ac direxit. Philosophica autem mea studia intuendo, qvibus hactenus me delectavi, aliquid de vera philosophia meditatus sum, qvod in formam orationis dispositum publice proposui hic in academia, typis autem jam evulgari curabo svasu D. Huberi, cuius judicio cum singulari modo probatum sit, publicum fieri volui. Disputationem autem hic habui sub M. Daniele, præceptore meo, contra Ramistas pro Aristotele, nobisqve senatus academiæ ultro potestatem duos dies disputandi concessit, qvod etiam factum; tanta etiam in ea disputatione studiosorum et professorum erat freqventia, ut antea nunquam fuisse in ulla disputatione constat, numerus enim eorum fere septingentesimum attigit. Cum laude actus disputationis absolutus, mihiqve his duobus exercitiis publicis summa necessitudine doctores et professores eos mihi devinxi, qvorum amicitiam volo et expeto, reliqui, qvi Calvinismum subtile tegunt, ut me tecte odio proseqvuntur, ita et illos ego contemno (hoc enim Christianum decet) et indignos amicitia sincera æstimo. Duo autem jurisconsulti D. Thomas Franzius et D. Gødemannus me post illa exercitia summe amare coeperunt, atqve ignotum plurimis beneficiis affecerunt, mecum conversari cupiunt, atqve omnem suam operam in studiis ultro obtulerunt, reliqui vero multi, licet amici videri volunt, latent tamen sub pectore Calvinisticæ insidiæ, ideoqve, licet invitatus, ipsorum conversationem fugio.

Sed nimis prolixè forte agere videor, faciam igitur finem, illa, qvæ ad commoditatem vitæ et studiorum faciunt, prudenti ac optimo parenti commendans, qvem rogo de

filio suo omnia sibi illa polliceri velit, qvæ pium et inge-  
num filium decere videbuntur. Habeo qvædam præ mani-  
bus, qvæ si publice fieri præceptores mei consultum judi-  
carint, tecum, parens dilectissime, de dedicatione consilium  
communicabo. Sed de his alias. Nil autem ego moror  
insulsum inertis vulgi judicium, si enim siqvæd in philo-  
sophicis a qvopiam nobili familia oriundo præstitum fuerit,  
rident et irrident, qvos tamen ego rideo, et judicium rudi-  
tati et inscitiæ mancipatum doleo. His ultimo valeat pater  
dilectissime (etc.) Raptim Witteberga 22. Januarii Ao. 1593.

Filius tuus unicus et obseqventissimus  
Olingerus Rosencrantz.

Dedi, parens dilectissime, litteras professoribus qvi-  
busdam in vestra academia, qvibuscum qvæstiones qvas-  
dam philosophicas commutavi, a qvibus responsum etiam  
anxie expeto; ne igitur ægre ferat parens dilectus, tabel-  
larium eo mihi reddendas litteras secum transferre.

Udkrift: Patri suo dilectissimo Georgio Rosencrantz de  
Rosenholm hæ denter litteræ εἰς χεῖρε.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium.

## 7.

1593, 25. Juli. Holger Rosenkrands til Faderen.

— — Studia nostra qvod attinet, florent vigentqve,  
ut nunquam alacrius, duas qvalibet septimana diversis colle-  
giis theologicis disputationes habemus, iisdemqve nos mu-  
tuis exercitiis contra hæreticorum insidias acuimus; alteri  
præest vir celeberrimus et ad admirationem exercitatus  
theologus, Ægidius Hunnius, præceptor et fautor meus ob-  
servandissimus, in cuius collegio duas absolvimus dispu-  
tationes, qvas mitto, vehementer et obnixe rogans, ut per  
otium illas cum reliqvis, qvas mitto ejusdem, perlegas; ita  
enim ipse, qvod non dubito, nobis de tanto viro, tanto

Germaniæ totius lumine (rumpantur ut Ilia momis) gratulaberis, qvem si ita ut nunc olim cognitum habuissem, cum, invitatus a vestro Hvitfeldio ipsiusqve parastate D. Theophilo, optimus ille vir et theologus tot convitiis et scomitibus proscindebatur, ego ipsum, ita me vere Lutheranorum Deus, sic defendissem, ut, si vel coelum ruissent, sentiissent habere adhuc virum illum, qvos amat et a quibus amatur meritissime. Alteri collegio præest D. Samuel Huberus, vir omni admiratione dignus, in cuius collegio 12 absolvimus disputationes, qvas mitto, inter qvas decima et duodecima mea est et mei magistri, qvas ut bencvole suscipias, rogamus; mitto et alia, qvæ tibi non ingrata futura spero. Inscriptis mihi vir reverendissimus ecclesiarum harum præsul Polycarpus Lyserus, amicus et fautor meus observandus, orationem pro introitu hoc loco habitam, qvam simul mitto, et qvonam honorario ipsius erga me benevolentia et humanitas grati animi signo suscipienda sit, mihi rescribi peto. Advenit nuper etiam qvartus theologus Salomon Gesnerus, vir in theologia, philosophia, lingvis et historiis revera excellenter doctus, cuius mensam jam accedimus, ubi cum aliis qvibusdam doctissimis adolescentibus commensalibus qvotidie post coenam in omni scientiarum genere, disputationibus successivis, nos mutuo exercemus, ut non modo corpus (in qvo brutis non differimus) sed et animam saturent nostræ commessationes. In summa locus hic vitæ meæ optatissimus et dudum desideratissimus, qvo nomine efficiam, ut sit etiam, Deo meo me bene juvante, fructuosissimum. — — Witteberga raptim 25. Julii Ao. 1593.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium.

8.

1593, 19. Avgust. Holger Rosenkrands til Faderen.

— — Res meæ omnes, æterno Deo sit laus et gloria,  
eo sunt statu, qvo esse eas idem ille Deus voluit, hoc est

optimo, ut cui studia aliaque omnia tam feliciter cedunt, quam possunt felicissime. Disputationibus siquidem et collationibus theologicis (cum tantis viris) pene quotidiani, quid inquam jucundius pretiosiusve. Privatis vero studiis et meditationibus atque contemplationibus philosophicis quae major commoditas, quam in otio hoc tam negotiosus? Faxit Deus, ut omnia in patria non modo quoad privata sed et quoad publica tam sana et fausta audiam. Me quod attinet, sic vivo, ut nunquam melius, imo vero ne quidem jucundiorem aut mihi commodiorem vitam unquam optarim; hac vita, ad quam natum me esse, ipse Deus tanta bonitate et clementia omnia mea coepta et studia secundans et dirigens, argumentis sat firmis contestatur. Ego vero ipse, quod in me est, spartam, quam nactus sum, divino aspirante numine, sic ornabo, ut in nominis ejusdem gloriam, propagationem et defensionem omnia cedant, cedant et omnia in emolumentum eorum, quibus secundum Deum quemlibet se natum esse confiteatur necesse est, quod propositum, ut hucusque, sic et posthac secundet Deus ter optimus maximus. Amen.

Status academiæ nostræ idem est, qui antea; jam vero his ipsis diebus gradu supremo in theologia ornabuntur quatuor theologi, inter quos duo sunt scholæ hujus professores, Samuel Huberus (cujus nomen ut tibi non ignotum sic posthac occasione commodiore notius tibi evadat) et hospes meus Salomon Gesnerus, quorum theses sub Decano spectabili et reverendo Polycarpo Lysero disputatas simul mitto. Reliqua quod attinet, sunt adhuc omnia in pristino statu, eoque florentissimo, quem tamen Deus optimus maximus diu incolumem conservet, atque a vespertilionibus istis noctifugis Calvinistis, qui indies atque indies academiam hanc turbare moluntur, clementer protegat. De vocationibus multiplicibus plane divinis mei M. Danielis ipse procul dubio monebit copiosius<sup>1)</sup>; desino ideo ταῦτα

<sup>1)</sup> M. Daniel Cramer, Holger Rosenkrands's Privatlærer, fik omrent samtidig Tilbud om at rejse til Italien med en Grevesøn med en Kirkehist. Saml. 3. Række. I.

λογεῖν et in re non necessaria prolixius te alias gravioribus occupatissimum detinere. Doctor Winshemius me semel ad coenam invitavit, cui ut alias viro docto et magno loco constituto debitum qvidem honorem detuli, tantum tamen quantum egregio Calvinistæ per conscientiam potui, qui cum initio sua mihi studia omnia nimis fere demisse, ut solent illi homines, detulisset, postquam tamen me in collegiis binis theologicis iisque Lutheranis non Calvinisticis qualibet septimana militare audivisset, adeoque me non sui esse stomachi suboluisset, hinc, præter priorem promissionem, me insalutato, nescio an ut inimicus, an ut non amicus (utrum non valde curare jubet conscientia) discessit, meque ne quidem per famulum de litteris, quas tamen conscribere sibiique tradi jussit, solicitavit. Facile hæc neglexi, præsertim cum ipse hoc in loco in ore sit omnium. Deus optimus maximus, sincerorum Lutheranorum Deus, patriam nostram conservet diu castam denique et inculmem, amen, amen. Sed jam desino, teque cum matre dilectissima, tota familia, inclytoque regno Daniæ Deo clementissimo commendo. Salutant te omnes nostri theologi officiocissime, tibi Nestorii et Pili annos in nominis Dei veram gloriam, ejus defensionem et propagationem conjunctim precantur. — Witteberga 19 Augusti Anno 1593.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebeks Diplomatarium.

## 9.

1593, 25. Oktober. Holger Rosenkrands til Faderen.

Studia mea, parens dilectissime, de iis enim ut certior reddaris, indies exspectare te et avere te haud nescio,

---

aarlig Løn af 150 Daler samt frit Ophold og Beklædning paa Rejsen; om Rektorembedet ved Pædagogiet i Stetin med en Løn af 300 Gylden foruden Lejlighedsindtægter; om en Plads som Professor i Ethik ved Universitetet i Rostok; og endelig var det ogsaa i Gjærde, at han skulde være Professor i aristotelisk Filosofi i Vittenberg. Han blev dog hos Holger Rosenkrands.

continuantur felicissime, et in utroque statu, stato cursu faustissimo. Civilem qvod attinet studiorum meorum statum, floret ille, dum collegio viri cujusdam, licet juvenis, in hac tamen academia juris scientia scientissimi, non modo lectionibus quotidianis, sed et disputationibus octodianis, ea, qva decet, diligentia invigilo, profectus specimen, Deo auspiciis faustis copta secundante, brevi dabo. De sacro isto studio, in qvo faciliori cursu propero, theologico qvippe, mira sed grata audies: Tractatum conscripsi contra Calvinistarum Coryphaeum Antonium Sadeelem, nobilem Gallum, de nervosa illa qvæstione inter theologos seu potius mathæologos Calvinianos et nostros, de proprietate communicabilitate; illam subjeci censuræ et judicio theologorum nostrorum, perlegerunt eum omnes, commendarunt multum, editionem ejusdem in lucem urserunt; hæc dum aguntur, nescio qibus insidiis tractatus iste clam mihi surreptus e musæo, a qvadom Calviniano describitur cum judicio theologorum nostrorum qvatuor eidem præposito, transmittitur clam Heidelbergam ad doctorem qvendam ibidem Professorem theologum, ille ad me litteras perscripsit septem qvatniorum, ubi refutasse sibi videtur eundem meum tractatum. Ego vero pro tractatu meo apologiam remisi ad doctorem istum anonymum (nondum enim se nominare ausus est) petii ab ipso responsum et refutationem bis terve, nondum nec ille respondet nec alias pro eo ullus. Hinc factum est, ut etiam apud ignotissimos meum nomen adeo sit invisum, ut certo sciam, hominum id genus mihi adeo infensum esse, ut qvævis mihi dirissima quotidie precentur, sed ut audis absqve omni meo merito; consilio theologorum nostrorum, præceptorum meorum observandorum, tractatum istum in manus revidendum accepi, ut ita insertis argumentis theologi istius anonymi meisqve ad eadem responsionibus brevi in lucem edatur; qvod si vero in arenam publice descendere coactus fuerim cum istis hominibus etiam hac mea ætate pene puerili, non modo duxor meus erit spiritus lucis et veritatis, sed et testis, id omne in

ipsius nominis gloriam et defensionem susceptum esse. Qvod si vero hac de causa malevolentiam et invidiam mihi in patria apud qvosdam crearim, eris tu meus, parens dilectissime, tutor, secundum Deum, et defensor. Sed quid si vel coelum rueret, veritas vel qvævis odium parit, quidni divina? Jam jam sub prælo est disputatio de sacra *eūχαριστία* sub D. Samuele Hubero Calvinianis a me opposita, brevi habenda ad diem qvippe 22 Novembris, qvæ cum nondum parata sit, proximo nuntio brevi eandem transmittam. Sumptibus qvod attinet, non experietur parens colendus, me vel vestibus vel vite luxurie intempestiva prodigalitate iisdem abuti; sed si quid magis hic qvam alias impenderim, id sane omne liberis, absqve qvibus nil studia mea proficient, impendatur, impendi eqvidem maximam pecuniæ partem iisdem, ita tamen ut me, sit Deo optimo maximo laus et gloria, nullo modo poeniteat, nec te unqvam, parens dilectissime, poenitebit. — — — Witteberga 25. Octobris Anno MDVIIC.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebeks Diplomatarium.

## 10.

1593, 12. December. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn! Thin løcksalig welferdt oc forfremmelse vdi thin Studering ønsker ieg teg aff Gud almectigste. Thin skriffuelse, dateret till Wittenbierg then 25 Octobris, er meg tillhende kommen, aff huilcken ieg gierne haffuer forfaritt, att thu est windtskibelig tiil att forfremme teg vdi thin Studering, saawell in Jure ciuili som in Theologia. Men hues andet thu giffuer tilkende vdi thin skriffuelse oc acther, att thet shall were meg behageligt, thet maa ieg bekiende, att ieg aldeles ingen behag haffuer vdi, som er om den vechsell skrifft, som thu skriffuer att haffue begøntt medt en Doctor till Heidelberg, oc besønderlige efftherthi thet er Theologiam an-

rørendes, oc thu wildt vdi saa maade vnderstaa teg, som er end nw en møgett vng scholar, att skriffue emodt høglerde Doctores, oc flyge før end thine winger ere teg rett well woxen, thet töckes meg att were en daarlig dristighedt aff teg, oc thu ther hos lader teg töcke, att thu ther med wilt blifue wide berømmedt oc bekendt; men ieg achter, att thu liden Ere ther med kandt winde, at thu vnderstaar teg thet att begønde, som thu icke est mand for well att vdrette oc ende. Jeg for min Person haffuer oc aldrui haffdt nogen behag till saadanne Stridzskriffter. Som thu ydermerc giffuer tilkiende vdi thin skriffuelse, att thu twenne eller trenne gange haffuer begerit suar aff then vbeneffnde Doctor till Heidelbierg paa thin skriffuelse, dog haffuer hwerken hand eller nogen paa hans wegne wille suare teg tiill thenne dag; huilket ther siunis att were skreffuett aff teg ex magna arrogantia, att thu wilt lade theg töcke, att thu aff saadan høglerdt forstand haffuer stillitt thin skrifft, att ingen tør fordriste sig til att skriffue ther noget imod. Men ieg troer vist, at contrarium est verum, som er, att samme Doctor tiill Heidelbierg haffuer saa anseett thin skriffuelse att were saadanne puerilia, som icke er werdt att forspille then tiid att stille ther nogen swar paa. Thenne er min mening om thenne fortagt, oc begerer ther fore, att thu her effter haffuer thet aldeeles vdi fordrag oc icke menger teg vdi saadan handel oc vnøttige striidskriffter, oc teg icke heller sømmer oc ingen Ere kand haffue ther aff.

Som teg oc witterligt er, at Doctor Samuel Huberus haffuer dediceret meg en bog oc foreritt mig med then, saa sender ieg teg itt breff, som ieg haffuer skreffuett hannem tiill, oc ther hoss en Portugaløser, som ieg will forere hannem med for samme bog, att thu then will antworde hannem oc betacke hannem paa mine wegne oc bede hannem, att hånd will tage thenne ringe forering till tacke. For<sup>no</sup> bog er møgitt ilde trøcht, saa ieg neppelig kand lese then rett, oc forundrer meg storligen, att saa-

danne bøglerde mendt vdi then widtberømte Vniuersitet icke haffuer bedre bogtrøcker, ther haffuer bedre litter, som rener oc leseliger er end thenne; huilcket dog skall were skreffuett tiil teg allene, oc haffuer thu icke behoff att forkønde thet for andre. — Jeg sender teg oc ij böger, D. Niels Crag haffuer dedicerit theg then ene, oc then anden foreret teg med; for huilcke ieg haffuer giffuit hannem en Ereskenck paa thine wegne.

Hans Jehansen<sup>1)</sup>, som haffuer min broder datter, forskicker nu hans Søn till Leipzig till Hertzog Vlrich, efftersom min naadigste Herre haffuer forskreffuit hannem tiil hans F. N. Thersom leyigheden seg saa begiffuer, att thu nogit kand see hannem tiill gode, then stund hand er ther, tha gør thu rett oc well ther vdi, effterthi hand er thin slect oc byrd. Thu wilt oc skriffue meg till igen med thette budt, som følger hannem frem, effterthi hand drager straxt hidt tillbage igen. — Jeg will hermedt befale teg Gudt almectigste. Aff Kolding den 12 Decembris aar 1593.

Jørgen Rosenkrantz.

Udskrift: Myn kiere Søn Holger Rosenkrantz till egen Hand.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium.

## 11.

1593, 27. December. Holger Rosenkrands til Faderen.

Litteras binas nuper ad me paterno eqvidem amore et judicio exaratas neutriqvam accusatorias ego sed incitatorias magis accepi, agnovi, agnosco etiamnum non minus; agnosco eo ipso paternam tuam prudentiam, qvi incitationes parenti dignissimas admonitionibus perutilibus graviter temperas, de qvibusdam admonens eoqve ipso ad majora excitans et exstimulans; qvæ omnia me reverenter, et, ut

---

<sup>1)</sup> Lindenov.

filium decet, cum judicio apud animum perpensa retinere ne dubites. Litteras autem tuas, parens exoptatissime, nuper ad me datas, et (qvod in iis gravissimum) adjunctam schedulam de confessione cujusdam, qvod attinet, paucula hæc habe! Multos eqvidem clandestinos et furtivos imo qvam plurimos apud vos esse Calvinianos utique non dubitari, nec dubitabit, qvi Daniam pene per transennam aspergit unqvm. Quid theologi professores plerique doctores? qvid Slangendorpius? annon sub Grynæo, ut ajunt, promotus doctor? qvid Dibvadius? annon ex ungvibus leo, ex scriptis ipse? qvid ille, nescio qvalis, patruelis olim mei pædagogus, Risenius? qvid illi, si auderent, non tentassent dudum? qvid illi, ut alios taceam, omnes vel sane præcipui concionatores Haffnici? qvalis Fyoniae ille superintendens, qvi, sorex propriam inscitiam prodens, se sibi gaudere atqve Diis gratias agere, qvod formulam concordiæ ecclesiærum vere Lutheranarum (papæ<sup>1</sup>), formulam istam divinissimam, vix cum antiquissimis comparandam, nunqvm legerit, vix viderit, erga magistrum meum garrire olim non veritus est? Alios taceam tibi haud dubie notissimos, de quibus rectissime tuæ: rem sectantur, nomen fugiunt. Confessionem qvod attinet, sane sincerus et zelosus Lutheranus nunqvm tam frigidis verbis confessionem suam edidisset: denn, ut Lutherus inquit, man muss den Brei auf das Maull nemen, und nicht Mum Mum sprechen, sondern frey heraus sagen, wie einem umb das Herz ist. Sic Lutheranus confessionem suam editurus, verbis iis uti non solet, qvæ Calvinianos nobis subdole suffurari ac fraudulenter iisdem uti non ignorat; alias eqvidem laici et simplices simplicem fidem retineant necesse est: at si edenda est confessio, simplex sane fides a fucata discernenda est; dum enim qvod corde creditur ad justitiam, ore confitendum est ad salutem, Rom. 10. v. 10., sic utique

<sup>1</sup>) Dette Ord staar, som det synes, her overflædig; maaske indeholder det dog en Allusion til, at D. Jacob Andréæ af sine Fjender ofte kaldtes Lutheranernes Pave.

ore confitendum est, ne os aliud, qvam qvod cor credit, confiteri videatur, qvacunqve enim arte verborum qvis juraverit, Deus, qvi est conscientiæ testis, eadem ratione, qva is, cui juratur, intelligit. Confessio sic habet: Coena domini est sacramentum. Hic omnium primo præcognoscendum, sitne probabilis aliquis de hoc confitente Calvinismi suspicio, qvam adesse haud dubito, cum non levi de causa te qvidpiam de eo suspicatum esse facile prævideam. Hoc si ita est, hac se sane confessione non liberabit; eadem ratione etenim strophis Calvinistis usitatis circa hanc vocem uti præsumitur, qvi hac voce subdolas tegunt insidias. Nam dum dicunt, corpus et sanguinem vere et substantialiter (sicut sonant simpliciter ipsa verba institutionis et definitio D. Lutheri in parvo catechismo) exhiberi, statim se insidiouse ad prædictam vocem sacramenti referunt. Inquunt enim, vere et substantialiter exhiberi corpus et sanguinem, sed tamen cum coena hæc sacramentum sit, hoc est, ut illi interpretari solent, cum sit actio talis, ubi typi, symbola et figuræ dominantur, veritatem hanc et substantialitatem distributionis sub ratione sacramenti, hoc est typi et figuræ, accipiendam esse concludunt, atqve sic verba hæc propria, aliosqve elidunt, ut interim nil aliud exhiberi statuant qvam corpus sub sacramento hoc et typo, videlicet panem solum, qvem typum corporis fingunt: nec fidem facit eo, qvod addit: sicut simpliciter sonant verba institutionis. Hæc enim constans est eorum assertio (qvod invictissime disputatione mea Thes. 63 et 64 refutavi) verba institutionis (sub qvo verbo etiam latitare solent de qvo jam movere tempus non patitur) tanqvam sacramenti, neutiqvam aliter intelligi posse qvam sacramentaliter, hoc est, ut illi loqvuntur, metonymice, ut signo tribuatur nomen rei signatæ, imo prorsus absurdum et contradictorium esse aliam dicere simplicem verborum interpretationem, cum hæc sit ipsis naturalis. De qvibus copiose Thes. mea 22, 30, 63, 64, 66, 69 et pas- sim. Sed hoc observandum præcipue etiam venit: cre-

pat confessio definitionem Lutheri, si Diis placet; addat qvæso, qvod Lutherus addit: sub pane et vino corpus et sangvinem distribui; addat: ore sumi; addat: omnibus Christianis distribui; dicat cum genuina Augustana confessione: et damno secus docentes; et sic erit, qvod sincerus et zelosus audiat Lutheranus. Sed de his satis. Interim haud dubito, parentem dilectissimum tantum fidei hujusmodi hominibus adhibiturum, quantum deperditissimæ fidei hæreticis, spiritui ipsius Dei in os contradicentibus, pro pio suo zelo adhibendum esse ipse haud ignorat.

De meis breviter hæc subjungo. Litteris iisdem 14 Octobris<sup>1)</sup> ad me datis paterne mones, excusationes ad te meas tibi suspectas et pene invisas esse; at ea qva decet reverentia, parens dilecte, rogo, ne alio, qvam qvo a me proficiisci solent, animo excipias, accipias: neutiqvam sane parens dilectissime veterni alicujus torporis et ocii fucandi causa factum id esse suspiceris, absit, absit a me præser-tim longissime, studia non hoc patiuntur, ardor descendit nullo modo id fert, nec feret unqvam. Sed testor Deum, qvi ut omnia sic me novit, me aliud nil excusationibus meis intendisse, qvam ut dum vel justo brevius vel justo parcius, qvam decebat, ad te perscribere coactus aliquando sim, omnem interim apud tuam paternitatem præcaveam sive levitatis ignavæ sive ignaviæ levis suspicionem, atqve sic dum vel raritate levem vel brevitatem ignavum meæ me tacite demonstrare possent litteræ, ipsæ tamen me potius excusarent qvam accusarent; atqve hac ratione, cum alias de filio suo obseqventissimo nunqvam parentem dilectissimum dubitasse facile expertus sim, facile etiam, ut spero, mei apud te animi et ingenii testimonia invenient locum.

Qvod de Calvinismo jam dudum scripsi, me, si non fundamentum jecisset contra putidum istud et vere huma-num dogma in scholis his nostris firmius aliquanto, me, inqvam, multum partibus Calvinisticis contribuisse, levitati

---

<sup>1)</sup> Af dette Brev have vi uheldigvis ingen Afskrift.

eqvidem non animi sed doctrinæ ascribendum est. Fateor hercle educationem multum posse, multum patriæ religioni deberi, multum utrumqve movere debere, et me Jesu si apud qvem alium apud me sane multum potuit, cum adhuc inconstanti vagi animi fluxu tenebar olim, dum adversariorum argumenta subtilia eorumqve ad nostra argumenta vere homini animali verisimiles responsiones perpendens, magnorum virorum Buceri, Philippi, Majoris aliorumqve in hæc castra descendantium exempla apud animum judicio, qvale tum mihi, volvens, revolvens, neqve qvid iis opponrem, nec qvid responderem (solido namqve destituebar fundamento), neqve qvid de hujusmodi summis alias viris pronunciarem, habebam. Hæ erant meæ dubitationis causæ; opposui eqvidem tum mihi, qvæ jam inculcas gravissime, pater meritissime, tuam authoritatem colendam, patriæ religionem, suspiciendam educationem, movebant multum, sed et hæc perpendenda veniebant, omnia veritati coelesti postponenda esse, ut si veritatem sinceram *κατὰ ἀναλογίαν τῆς πίστεως*, ut loquitur Paulus, Calvinianos tenere probari posset, annon veritati sacræ cedendum? maxime! Hinc factum est, ut obstacula dicta neutriqnam plene satisfecerint, adeoqve omnis ille, si qvis erat, apud me pro veritate genuina olim zelus hoc saltem arguento stabat, cadebat: interim precatione et votis assiduis Deum optimum maximum compellans spe firma a spiritu Dei pendebam, a qvo et solo factum est, ut qvi vix steterim non ceciderim, qvi et nondum incepsum opus bonum in me spiritus sui gratia initis admodum tenuibus exorsus est, qvod ut in me confirmet, ardentissimis precibus indies devotus rogo.

His ultimis tuis litteris mones, urges, ne me temere disputationibus cum magnis viris immergam. Accusas, qvod factum sit; at nondum factum est, parens dilectissime. Valeant, abeant in malam, per me licet, crucem theologi Heidelbergenses cum sua diabologia, qvid mihi cum ipsis, non ejus levitatis sum, ut nesciam res sacras

tanta temeritate non esse tractandas, sed cum timore et tremore, in conspectu excelsi Dei, adeoqve nullatenus est, qvod parens exoptatissimus vereatur, ut temere res has sacratissimas extra meam vocationem aggrediar, esset enim hoc non modo ridiculæ temeritatis, sed et blasphemæ impietatis, nec enim meum hoc non esse sat scio, aliquid extra vocationem Dei ordinariam in Dei causa agere. Tractatiunculam autem qvod attinet, de qua proximis litteris, non erat illa theologica, sed mere philosophica, logica, physica et metaphysica, de proprietatum communicabilitate, exinde tamen multi<sup>1)</sup> Calviniani suffurantur, de hac materia, ut est libera cuvis philosophandi via, cum quibusdam contuli, et cum qvodom doctore, quem audio non theologum sed medicum esse, verum nil haec cum theologicis, nisi forte vi pertracta, adeoqve, ut antea monui, aliud nil sunt haec quam liberæ philosophicæ disceptationes, quæ et liberis ingenii dignissimæ, meoqve gustui et ingenio ad majora exercendo jucundissimæ. At si qvod ad te, pater mellitissime, qvod arrogantiam sapere posset, Deum testor, non id ex arrogancia quadam ridicula factum esse, sed ad te illa, cui alias notum meum animum arbitrabar. Norunt id omnes, qui me norunt, neutriqnam me honoris cujusdam manipulo moveri, nil mihi officit, nil me afficit, non sane studeo, ut laudatus fiam, possem id minori labore conseQUI, sed ut doctus, si non laudatus, sit sane, nec in id unquam intendi, qvod novit Deus, nec aliquem ab omnibus laudatum unquam inveni, non haberi sed esse unumquemque studere decet, atqve id ipsum de me filio obseqventissimo a mundanis his alienissimo semper sibi parens mihi benevolentissimus persvadeat, quam possum submisso et reverenter peto et obsecro. A laudibus autem istis, quibus nimium apud vos quidam in inscriptionibus publicis ad me suis indulgent, ut ipsos se temperent, valde viderem, pariunt illæ certissime æmulationem et invidiam, qvod sat scio et

<sup>1)</sup> Ny kgl. Saml. 2091 4to har: nunquam.

dudum revera expertus sum. — De nobili genio qvod in litteris mones, de eo monebit meus magister, properante forte calamo verbum omissum, qvod obscuriorem reddit dicendorum sensum. Unum est, qvod peto, qvo commodissime parens erga studia mea promptissimus iisdem subvenire proterit. Cum jam aliquem gustum in scientia juris fecerim, magnamqve pro rerumpublicarum varietate juris dicendi diversitatem in variis regionibus animadvertis, peto regni nostri statuta tam vetera qvam nova, generalia et specialia, mecum communicari omnia, hisqve additos processus in specialibus et generalibus judiciis, imperii statum aliaqve, qvæ in politica regnis alicujus διατυπώσει consideranda veniunt, erunt mihi jam nunc studia mea politiæ metis pene includenti maxime necessaria, sic enim cognito imperii proprii statu facile qvæ sub lectionem historiarum notanda hoc nomine veniunt, jucunda et utilissima consideratione et speculatione conjungi possunt cum iis, qvæ quotidie in regno patro peraguntur, siquidem nil sit omnino politicum, ne nomine quidem dignus, qui non se ad hunc vel illum præsentem qvippe reipublicæ statum comparare . . .<sup>1)</sup>). Poteris hæc omnia, parens dilectissime, facillime per alium efficere, meaqve studia summa beare commoditate, qvod ut facias, reverenter et officiose peto. Nil est, qvod nunc mearum meditationum scholasticarum transmittam, mitto lusum qvendam poeticum, ne prorsus vacuus sim, brevi alia mittam graviora. Novum autem hoc novi hujus anni auspicium tibi faustum et felicem exopto et voveo. *Αυτοσχεδίως.* Ex Witteberga 27 Decembris Ao. 1594<sup>2)</sup>.

U. tuus et o. filius

O. Rosenkrantz.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebeks Diplomatarium.

<sup>1)</sup> Her er et Hul i Afskrifterne.

<sup>2)</sup> Efter vor Tidsregning 1593, da Aarets Begyndelse endnu den Gang regnedes fra Juledag af.

## 12.

1594, 21. Februar. Holger Rosenkrands til Faderen.

— — Accepi nuper litteris parentis adjuncta Nicolai Cragii opuscula, atqve inter eadem meo nomine insignita ex Stobæo excerpta collectanea cum præfixa ad me Epistola, ut dicere solemus, nuncupatoria, a docto qvidem viro scripta, at nescio sane quo fato, suoue an alieno instinctu, parum scio: nec datum etiamnum sat commoda occasione qvicqvid<sup>1)</sup> ad ipsum transscribere. Nunc vero cum habeam, quo si non ævali, simili tamen ratione, coeptam inter nos amicitiam et necessitudinem firmare ac confirmare qveam, disputationem qvippe publice hic a me nuper habitam, eandem reciprocæ inter nos familiaritatis arrham et testem constitutam volui, simulqve litteris ad ipsum datis ad idem coeptum filum continuandum, ipsum invitare. Candide autem fateri cogor, Epistolam istam dedicatoriam me non absqve bile perlegisse, qvæ eadem me non admodum bene habet, præsertim cum publica in manibus omnium et ore. Est utiqve studiorum meorum ratio haud paucis, scio, suspecta, est invisa plurimis, qvi tamen vel qvid reprehendant, nesciunt, vel canino solum dente rodunt, si sciunt: hic, qvod ineptas istas philosophorum tricas (sic eos loqli libet) et nugas alicujus faciam; ille, qvod theologiæ studium aliis præferam; at ille, qvod historicis me non totum dedam. Nescio, qvid murmuret, qvid mali non ominetur, ut factum memini, cum nuper in patria vir qvidam magni nominis nescio qva me oratione et ratione compellavit. Jam vero vir ille publice æmulorum meorum sententias atqve judiciola confirmat. Si qvid incusatione dignum, privatim id faciendum esset, non publice, privatis ad me litteris admonere licuisset, atqve adeo facilius et rectius malevolorum prævenisset morsibus. Imo vero qvid est, qvod accusat? Imaginatur sibi me alte-

---

<sup>1)</sup> Langebeks Afskrift har: quiquam.

rum seu Democritum cellulæ insidentem, nil præter tricas, ut ajunt, et apinas, nil præter privata privatum, nil patriæ reiqve publicæ nomine et gratia curantem, tractantem, nescio cuius naturæ contemplationi et otiosæ speculationi inhiare, qvasi vero nescirem ipse, nos nobis non esse natos, sed patriæ parentibusqve. At vero qvis non videt, qvam sic bene lata sit strata via zoilis et æmulis meis calumniandi et mordendi. Forte hoc præter ipsius et voluntatem et votum; at sapientis esset hoc prævidisse; nec qvid de studiis meis judicaret publice admonuisse, qvam qvid judicare deberet certius tenuisset. Mihi sane sat est studiorum meorum rationem placere iis, qvibus cognita ea, qvibusqve placent ea, qvæ recta; et tum demum ea mihi merito placent, cum ea tibi. Nesciunt illi autem, scire forte nolunt, multo plura et majora reqiri, ut qvis nomine reqve politicus dici mereatur, qvam vel unius Bodini, Machiavelli, Spinassati, Biesii, Patricii, et qvot sunt aliorum, perlegisse de reipublicæ administratione scripta et præcepta. Imo nec sufficit historicorum omnium laboriosissima lectio, relectio. Non sane patitur, se infinita actionum humanarum (qvibus, ut debita inter obtemperantem et imperantem servetur harmonia salvaqve unio, moderandis, regendis ac dirigendis præest politicus) non, inquam, infinita illa actionum, morum, ingeniorum varietas et vicissitudo arctis præceptorum vinclis et repagulis includitur; multarum eqvidem rerum experientiam offert diligens cum judicio historiarum lectio. Innuit qvidem sic vel sic, hoc vel illo modo, hanc illamve, huius vel istius politiam, conservatam, reparatam, constitutam. Ego vero aliasve, ut idem præstare possimus, alia ingrediamur via necesse est. (Herpaas udvikler H. R. udførligt, at en Statsmand trænger til Lys fra forskjellige Videnskaber og derfor ikke bør anse nogen af dem for sig uvedkommende). — — Nova qvæ sunt, a magistro meo cognovisse parentem dulcissimum non dubito; proximis autem litteris a parente dilectissimo petii mecum communicari legum et

statutorum Danicorum, ut loqvimur, corpus, qvo beneficio pro paterno tuo erga studia mea affectu, iisdem ne desis, rogo; cuperem enim, cum jam in juris studio pene totus verser, civile istud cum nostro privato exercitio conferre, eoqve me ipsum pro tempore excercere, qvod cognitioni et scientiae juridicæ haud parum adjumenti allaturum mihi persvadeo . . . .

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebecks Diplomatarium under Aaret 1590. Slutningen af Brevet mangler; men af Faderens Svar ser man, at det har været dat. 21. Februar 1594.

## 13.

1594, 26. Februar. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn! Gud were altiid med teg. Jeg wille nu icke lade at skrifue teg tiill, effther thi att thette Wittenbergske budt kom mig for, dog thu icke haffuer skreffuit meg nogett tiill med hannem; oc will nu noget suare till en thin skriffelse, thu haffuer skreffuit meg tiill, vdi huilcken thu giffuer tiilkende, att effthersom ieg haffuer skreffuit teg tiill oc teg beskylder, att thu haffuer indladt teg vdi skrifft med en Doctor tiill Heidelberg, oc ther hos formanitt teg, att ieg icke haffuer nogen behag ther vdi, att thu wille indlade teg medt nogen striidskriffter emod høglerde Caluiniske Doctores, thi thett sommitt teg icke, thi thet icke war thin Profes: att ieg vdi saadan meening haffuer skreffuit teg tiill, bekender ieg well oc er end nu wedt samme sindt oc meening. Men att thu vdi thin Skriffelse teg vndskylder, saadant icke att were skeedt aff teg, men huis thu haffuer skreffuitt, skall icke were Theologica men Philosophica, oc then, thu haffuer skreffuit tiil, skall icke were en Theologus men en Medicus, saa formelder dog thin egen første skriffelse, att then tractat, thu haffuer skreffuit, er teg vbeivist bleffuen aff en Caluinist vdtskreffuen oc kommen fra hende, er bleffuen forsendt til Heidelberg til een Doctor oc Professor Theologiæ

ther sammestetz, oc ther hos giffuer tilkende, attu saadant haffuer (!) effter the iij høglerde Theologers till Wittenbergs raad haffuer teg thet fortaget att giøre, med mange flere ordt, som findes wdi [thin] egen skriffuelse, oc kandt icke aff bogstauen anderledes forstaaes, end hues thu haffuer skreffuit tiil then Heidelbergiske Doctor, thet haffuer weret Theologica; kandt oc forstaaes aff thenne thin skrift, huor vdi findes thisse verba formalia: consilio Theologorum nostrorum, præceptorum meorum obseruandorum, tractatum istum in manus reuidendum accepi, ut ita insertis argumentis Theologi istius anonymi meisque ad eadem responsionibus breui in lucem edatur. Men huor om alting er, tha blifuer thet aldt wed sit werdt, thu haffuer wel forstaaet min meening, then retter thu teg well effter. Jeg haffde oc well kundet lide, att thu haffde skreffuitt meg noget tiill med thet budt, effterhi thu wiste, att hand wille herind. Men ieg mercker, att then tiidt er dyr hos teg, naar thu skall skrifue meg tiill. Jeg will nu bestille, att thu skalt bekomme fleere penninge tiill thin vnderholding nu tiill Paaske nestkommendes eller straxt ther effter. Will her med befale teg Gud almectigste. Aff Colding den 26 Februarii Anno 1594.

Jørgen Rosenkrantz.

Udskrift: Meinem lieben Son Holger Rosenkrantz zu eigen handen.

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebeks Diplomatarium.

#### 14.

1594, 24. Marts. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn! Gud være altiidt hos teg oc beware teg. Jeg wille nu icke lade att skrifue teg till medt thette budt, som siger seg att were leiet fra Leipzig herind aff nogen danske Studenter, oc wille ieg nu lade teg wide, att ieg haffuer spurdt, at ther skall were en

Herremand ther vdi Westvalen, som haffuer haffdt en Søn, huilcken skall haffue weritt en Domherre till Bremen, then er bleffuen met nogen flere greben vdi Søen paa Kongl. May<sup>ts</sup>. strømme oc haffuer weret en friibytter oc ther fore hans Misgierninger bleffuen rettet for Helsingør. For<sup>ne</sup> hans fader skall till Rostock, som hand ther haffuer weritt, ladet seg høre, att handt wille heffne hans Søns dødt igen paa en Dansk Herremandt ther vden lands, oc hand well wiste, att ieg haffde en Søn, som studeritt till Wittenbierg, thenne wille hand met ald fliidt tracte effter att kunde bekomme. Sligt er meg bleffuen aduaritt, att thet skall were hans onde forsætt. Ther fore kandt ieg nu icke lade att skriffue teg thet till, att thu seer teg gantz well for, then stundt thu est ther vden landtz, oc icke wandrer nogenstedtz hen, som farlighed kand were paa ferde, oc thu kunde bliffue vdkundskabet oc ther offuer bliffue greben, eller oc widt forrederie bliffue vdlockitt aff byen oc vdi saa maade bliffue forraadt, effter som well er skeedt ther till Wittenbierg, att twenne wore danske Herremænd bleffue saa vdlockitt vden byen oc ther straxt bleffue fangne. Thij wilt thu vdi saa maade see teg gantz wisselig fore, effter som thu wedst teg selff macht paaligger. Jeg troer oc wiss, att thersom then Caluiniske rott kunde tilføye teg nogen skade, tha skulle the well were ther willig till. Ther fore ware teg well for then, oc giffue thennem icke heller for møgett orsag till att the tracter effter thitt werste. Thu wilt holde thette stille hos teg sielff, oc lad teg icke formercke for nogen herom.

Jeg haffuer stackitt tiidt forleden skreffuit teg till oc sendt teg penninge, huilcke ieg will forhobe, att thu thennem nu haffuer bekommet aff D. Vit Wintzheim<sup>1)</sup>. Thu wilt skriffue meg till igen om thin leylighed, thet første

<sup>1)</sup> Der sigtes til et ogsaa opbevaret Brev af 6te Marts 1594. Jørgen Rosenkrands havde sendt Sønnen 500 Daler.

teg kand stedis budt herindt. Jeg will hermedt befale teg Gud almectigste. Aff Køpenhaffn medt hast, som paakænker, then 24 Martij Anno 1594.

Jørgen Rosenkrantz.

Udskrift: Meinem lieben Son Holger Rosenkrantz zu eigen handen.

Afskrifter i Ny kgl. Sgml. 2091. 4to og i Langebecks Diplomatarium.

### 15.

1594, 30. Marts. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn! Gud were altiidt medt teg oc beware teg. Effter thij meg stedis nu wisse budt till teg medt mester Hans Aalborg, som haffuer giffuet meg tilkiende, att hand acther seg till Leipzig och ther will forskickte teg thette breff till hende; saa haffuer ieg och for v eller vj dage siden skreffuet teg till med itt Wittenbiergs budt. — — Jeg haffuer bekommitt en Skriffuelse fra teg daterit Wittenbierg then 21 Februarij, then er meg kommen till hende fra Rostock then 18 Martij, vdi huilken thu giffuer tilkiende, att thu haffuer bekommet then bog, D. Niels Krag haffuer tilskreffuit teg, oc thu giffuer tilkiende, att thu icke est well tiilfrits medt hannem for then Epistel, hand haffuer skreffuit teg till vdi for<sup>m</sup> bog, oc est vdi then meening, att hand er tilskyndet aff andre att skrifue teg vdi then meening till, huilcke som thu ment skall haffue nogen mishag till thine fortagne Studia, huilcket meg tøckis ere nogen forwende tancker, thu tiltager teg om hannem, som ieg dog icke kan formercke, att handt haffuer giffuet teg nogen aarsag till. Oc som ieg aff thin skriffuelse kandt formercke, thu haffuer skreffuit hannem till igen, att thu icke hannem allene haffuer well vndskyllet vdi saamaade, men hand oc medt samme sin skriffuelse saa haffuer indtaget thitt sind, att thu er hannem saa fast tilgiffuen medt itt trygt oc fast wenskab, som

thu vdi thin skriffuelse medt mange ordt wel tilkende giffuer, som meg töckes wel mögitt er, om thet er icke for mögitt, besonderlig medt then, thu icke tillforn haffuer seet oc kendt. Endog ieg wel bekender, att handt er en god lert mand, hues wenskab oc omgiengelse er werdt att holdes vdi acht, dog bør altingest skee med maade oc god beskedenhedt, oc ther hoss betencke stedze: ne quid nimis. Thette er nu thet, som ieg paa then thin skriffuelse icke kunde lade att giffue teg tilkende. Som thu oc haffuer skreffuitt meg till om en dansk logbog, saa sender ieg teg en latinsk oc dansk logbog, som the kaller Jusk log, oc endog the haffuer en sønderlig log vdi Skaane oc en anden vdi Sielandt, saa følger wi dog almindelig thenne Juske log vdi the domme, som gaae for Kongen oc Danmarks Raad. Jeg sender teg nogen recesser, som oc bruges her. Huorlunde Rigens rett bruges oc forfølges her, ther om kandt thu paa een anden tiid fange beskreffuit, om thu thet est begerendes. Thu wilt nu skrifftue meg till medt thette budt, huor leiligheden seg begiffuer medt teg, oc huor thet haffuer seg medt then venighed, som haffuer begiffuet seg emellem the Theologer ther till Wittenberg; thi her tales vnderlig oc mangelunde ther om. Jeg will hermed befale teg Gud almectigste. Thu helse thin Magister paa mine vegne. Aff Køpenhaffn then 30 dag Martij Ao. 1594.

Jørgen Rosenkrantz.

Udskrift: An meinen lieben Son Holger Rosenkrantz  
itziger zeit zu Wittenberch.

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4to og i Langebecks Diplomatarium.

## 16.

1594, 29. April. Holger Rosenklands til Faderen.

(Efter en kort Bemærkning om at hans juridiske Studier skride godt fremad, vender Holger Rosenklands sig

til »res theologicas« og anstiller melankolske Betragtninger om den beklagelige og forargelige Strid, som var udbrudt blandt Theologerne i Vittenberg, det Sted, hvor den klare Sandheds Lys dog først var oprundet. Han skriver:) Nuper controversia circa phrases qvasdam in articulo de prædestinatione leviculas velitata est, exinde schisma inter theologos nostros haud absqve gravissimo scandalo exortum est, qvod haud facile resarcietur. Alter contra alterum docet, disputat, Huberus puta et Hunius. Colloquium co-rum commissariis, theologis 3, politicis vel nobilibus 2, inter dictos Huberum et Hunnium institutum est in arce hac nostra, cuius acta omnia administratori transmissa, postmodum vel qvibusdam academiis dijudicanda data sunt, ut jam tandem qvid responsi ex aula deveniat, qvotidie exspectatur. Interim suspensa pendent pene omnia; neque Huberus alias non indoctus suis caret nævis, neque erroribus caret, qvorum ab Hunnio, viro illo vero theologo, convictus jam dudum est. Qvod si vero disputationis statum ac qvæstationem scire cupis, proxime de eadem ad te agam prolixius. Interim vero nos studiis nostris consuetis inhæremus, nec nos diaboli hujusmodi lusibus moveri patimur. Vitæ nostræ status sat firmus atqve ex voto est. Nuper valetudinis ergo cum D. Polycarpo Dresdam ivimus invitati bis terve a D. Gødelmann (qui ante triennium plus minus Haffniæ opus suum de magis serenissimæ regiæ majestati obtulit) consiliarium jam electoratus Saxoniæ agente, ubi honorificentissime ab eodem exceptus sum, atqve bis ab illustrissimis principibus junioribus ad prandium invitatus, omniaque non solum in arce eqvorum (stabulum enim dicere pudet) atqve armentario, verum etiam in munitione ipsa atqve loco illo arcis arcano, ubi incredibilia reservantur artificiorum varia atqve varia genera, nobis ad ungjem demonstrata sunt secretissima, eaqve, qvæ multis principibus atqve illustribus viris videre non contingit, qvæ commoditas mihi hinc obtigit: Adest principibus junioribus qvidam aulæ magistri locum tenens,

comes generosissimus, Andreas comes a Schlick, atqve, qvod dictu mirum est, doctissimus, variisqve disciplinarum generibus instructissimus (qui enim alias aulæ magister habetur, Nicolaus a Miltz, aulicis is qvidem virtutibus — si virtutes illæ sunt — eqvitationis sat celebris est, musis vero omnino ignotus est); huic inquam comiti, cum a docatore Gødelmanno qvædam meæ disputationes theologicæ et philosophicæ oblatæ sint, mecum familiarissime (si hac voce uti licet) conversabatur, nec enim me a suo colloquio dimidium dimisit diem, meqve tanto amore prosequi cooperat, ut tam inæqualis rarae amicitiae collationis me pene puduerit, ita tamen ut pudorem hunc ingenuum tam generosi ingenii vicerit admiratio atqve tam docti colloquii jucunditas. Detestatur juvenis iste generosissimus (est enim 23 annorum) ineptias istas impiissimas atqve impietates istas aulicorum ineptissimas: illi interim et ipsum ipsiusqve sublime despiciunt ingenium, a doctis tamen omnibus, qui in aula vivunt, non satis laudatum. Hic effecit, qvæ mihi meoqve magistro tam inexspectata obtigerunt, atqve me vix dimittere voluit, dimisit tamen hac conditione, ne ullam intermitterem ad ipsum scribendi rescribendi ansam, qvem etiamnum inter nos servamus amicitiae conservandæ modum, academicum sane et commodissimum. — Qvod disputationem meam de coena non transmiserim, in causa sunt dissidia theologica, qvorum gratia collegium hucusqve Huberi jacuit; habebis eandem brevi cum adjunctis qvibusdam, ni fallor, exercitiolis extraordinariis. Interim te cum tota familia Deo optimo commendabo. Reverendus et optimus vir atqve theologus, Ægidius Hunnius, præceptor meus perpetuum colendissimus, reventer sua omnia tibi denunciat officiola. Witteberga 29 Aprilis Ao. 1594<sup>1)</sup>.

Tuus u. et o. Filius  
Olicherus Rosencrantz.

---

<sup>1)</sup> Afskrifterne henføre Brevet til 1593, hvilket Årstaal, der ikke kan være rigtigt, jeg ikke har taget i Betænkning at rette.

Reverenter ac officiose rogo, ne petitionis mee proximus litteris de statutis regni vestri inclusæ obliviscaris, ego vicissim tuus ille, qvem esse me vis et esse debeo, filius obseqventissimus.

Udskrift: Patri meo dilectissimo Georgio Rosencrantz,  
*εἰς χεῖρε.*

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i Langebeks Diplomatarium.

### 17.

1594, 5. Maj. Holger Rosenkrands til Faderen.

— — Litteras tuas 30 Martii ad me datas accepit magister Daniel a M. Johanne Olburgo in mercatu Lipsensi, cum adjunctis libellis qvibusdam, jus nostrum continentibus, pro qvibus gratias tibi habeo qvam maximas; experieris etiam, Deo me bene adjuvante, me non frustra horum lectionem desiderasse. Peto autem obnixe mecum speciales istas, seu, ut sic loqvar, municipales cujusque regionis, Scandiæ et Selandiæ leges, communicari, et si qvæ sunt, qvæ ad legum intellectum faciant, de iis me admoneri peto. Audio qvendam sive commentatorem sive elucidatorem, ut cum jurisconsultis loqvar, Tordonem Decanum, ut nominant, apud nos exstare, cuius si participem me reddiderit parens dilectissimus, magno me officio beaverit. Unicum adhuc expediendum restat, qvod parens colendus unico verbulo efficere valet, qvippe ut processus judiciorum coram inferiori ac superiori judicio, modum item appellandi ac ad superiorem, tandem vero ad supremum magistratum ac judicem ulterius provocandi, mihi descriptis procurare digneris (delector mehercule qvam maxime necessaria hæc theologicis meis atqve jucundis speculativis studiis adjungere, qvæ ipsa non modo jucunda, sed et perqvam necessaria) nec non leges et constitutiones sat bene, ut animadverto, intelligi possunt, absqve præmissa processuum judiciariorum, summorum, mediorum et

infimorum cognitione, utpote qvod ibidem legum vis et executio qvam maxime conspiatur. Omnino autem spero, parentem colendum omnia in optimam partem accepturum, atqve me discendi cupidum hisce studiorum adjumentis beaturum.

De Nicolao Cragio, qvod monet parens dilectissimus, his me expediam: displicuit sane mihi, ut candide, qvid sentiam, dicam, præfatio ipsius, nescio qvibus commendationibus sub initium odiose fucata, displicuit, inqvam, sane duplii nota. Primum, qvod de re sibi ignota judicandi sumat provinciam publicam, aliud sane si privatim id egisset, ignota inqvam, ut appareat; qvis vel malum unqvam sic desipuit, ut cum non sibi natus sit sed patriæ, speculationibus naturæ ac philosophicis contemplationibus nihilominus totum se dare constituerit; annon nescit ille, etiam alia mihi studia cordi curæque esse; qvod si nescit, qvid de ignotis imprudens judicat? qvod si scit, qvid meam tacite studiorum carpit rationem atqve aliis exagitandam proponit? Tibi, inquit, non decet tantum illa, qvæ in contemplatione naturæ est, philosophia, quasi vero id ipsum nescirem, quasi vero unqvam mihi tantum philosophica tractare proposuerim, sic ergo imprudenter ipse, sive de rebus ignotis judicat, sive de notis præjudicat. Et attendat qvæso parens dilectissimus, qvam multis argumentis id mihi persuadere contendat, qvod ipse nunqvam negarim, qvomodo fit, ut hæc legentibus aliis, qvibus et ipse et studia mea ignota, arbitrentur me, seu Democritum alium, mihi proposuisse vitam nescio qvam Diogeneam, extra et præter omnem societatem, contemplationum et speculationum subtilitatibus otiosum inhiare, a qva ipse ille<sup>1)</sup>) hac tam gravi . . .<sup>2)</sup> admonitione me dehortetur, qvod certe qvam non possim non ægre ferre, nominis qvippe mei rationem habens, pro sua prudentia parens colendus judicium facile facere poterit. — —

<sup>1)</sup>) Afskr. i Langebeks Diplomatarium har istedenfor •ille• te.

<sup>2)</sup>) Afskr. i Ny kgl. Saml. har her: esset; Langebeks Diplom. har st. med Forkortelsestegn over. Maaske har der staaet: scilicet.

Controversiam theologorum qvod attinet, deploranda potius illa qvam commemoranda; malui hucusqve dubium exspectare rei istius eventum, anteqvam dubius ipse dubios alios redderem; ne autem immerito incerto rumore, ut factum audio, sinceriores traducantur theologi, hunc cape universæ controversiæ cursum. Concepit sibi Huberus jam dudum qvandam circa prædestinationis articulum sententiam non adeo qvidem in omnibus absurdam vel impiam qvam scripturæ ignotam, perductus eqvidem in hunc erorem Calvinianorum in abneganda redemptionis universalitate protervia, docet electionem esse universalem, paucos ideo solum dici electos, qvod sibi applicent universalem (!), non qvod Deus de his decreverit aliquid præ reliqvis incredulis singulare. Hinc multa oriuntur consectaria in saniore theologia minime ferenda, multorum sacræ scripturæ testimoniorum novæ et inauditæ expositiones. Hanc vero suam sententiam nunqvam antehac adeo explicite publicam fecit, qvam nuper editis hic suis contra Calvinianos qvibusdam circa hunc articulum scriptis, nam antehac aliis circa voces saltem qvasdam videbatur dissentio, adeoqve non adeo magni faciendam. Ansam autem controversiam hanc exagitandi præbuit Daniel Tossanus, Sacramentarius Heidelbergensis, qui disputatione qvadam articulos visitationis invasit, ubi inter alia circa hunc articulum theologos nostros incusat, qvod universalem qvandam omnium hominum electionem (Huberum autem pungit) docent, atqve inde absurdâ qvædam colligit atqve infert; huic responsurus **D. Hunnius** monet, eam sententiam nunqvam in nostris ecclesiis personasse, et disputatione etiam sua ejusdem falsitatem demonstrat: qvod animadvertisens Huberus, acerrime se huic disputationi opponit, minatur etiam, se publice disputationem hanc adorturum, qvod facile etiam tulisset **D. Hunnius**, modo non absqve extremo scandalo id fieri posse animadvertisset, qvare fraternis admonitionibus eum ab hoc proposito dissuadentes, fore hac ratione submonuerunt, ut res privatos inter parietes

hucusque sepulta, per ipsum publicæ calumniæ prostituantur. Non adest disputationi Huberus, alios autem duos subornat argumentis suis instructos, quos ut leves levissimæ armaturæ milites facillime exceperit, absqve labore dispescuit D. Hunnius summa omnium et admiratione et approbatione. Abhinc Huberus, nescio quo zelo percusus, publice disseminat, defendit, propugnat suam sententiam, multos sibi associat incautiores, qvippe et parum in scriptura versatos. Silentium ipsi ab administratore imponitur, non silet, publicis concionibus et disputationibus ea de re disserit, pugnat; nec Hunnius hæsitantes cives et studiosos in veritate confirmare desinit. Tandem instituitur colloquium, præsentibus theologis tribus, Mylio, Schiltero et Harbarto, politicis duobus, electoratus Saxonie nobilibus præcipuis, Joh. Lösero et Punikaw, in arce pene 3 dies celebratur. Qvædam intermittit Huberus, qvædam pertinaciter tuetur, licet adeo convictus fuerit, ut nescio, qvid desiderari possit; vidi enim acta istius colloqvii tacite a qvodom nostrorum theologorum mihi communicata. Hunnius solus cum ipso colloqvitur, præsentibus qvidem reliquis theologis, Polycarpo et D. Gesnero, at non simul colloquentibus. Acta colloqvii academiis aliis dijudicanda tradita sunt, et hic eventum etiamnum exspectamus et anxie desideramus omnes, ex parte prævisum ex parte dubium: qvid tandem expediverit mora, perscribam certius. Doctrinam ipsam qvod attinet, ad confirmandam propriam circa hunc articulum conscientiam mihi brevi tractatiuncula totum controversiæ nervum constrinxí, qvam D. Hunnii judicio approbatam jam jam describendam proculo, ut tibi concredere possim; qvam nondum absolutam hoc nuntio festinante transmittere non datur, transmittam brevi occasione data commodiore, ut in quo controversia hæc consistat perspicere possis. — Nova hic alia nulla sunt, nisi qvod D. Hunnius una cum administratore ad comitia discesserit, qva intentione nescimus, num etiam theologicas ibidem movendas controversias suspicentur, hæremus.

Conservet nos Deus in veritate, veritatem in pace. Polycarpus aulicus concionator Dresdæ salutatus, brevi cum suis eo iturus, o consilium e re natum prudentissime ac piissime. — Plura hac vice ad te perscribere non licet; qvod autem de isto mones, qvi est ex insidiis, committo me Deo ter optimo maximo, qvi suos potenti dicit et tuetur dextra, nec enim est, qvod vel tantillum meæ confidam seu aliorum industriaæ ac prudentiaæ, qvæ tamen si poterit, ero a re mea solerter eqvidem, at sub vexillo magni istius ducis, qvi te etiam cum matre et tota familia conservet æternum. Witteberga 5 Maji Ao. 1594.

Filius tuus u. et o.

Oligerus Rosencrantz.

### 18.

1594, 22. Maj. Holger Rosenkrands til Faderen.

Qvis sit rerum nostrarum, vitæ ac studiorum in tam incipiti mutationum vertigine, parens dilectissime, status, non possum non commoda qvavis occasione ad vos perscribere, ut qvid de cursu nostro sentiatis, certo constare vobis possit. Valetudinem eqvidem nostram qvod attinet, est qvod Deo optimo maximo pro clementi aspiratione agamus pro more et habeamus indesinenti promptitudine gratias, qvi nos usqve huc sua tutatus est dextra potenti illa ac paterna, qva solet suos; Academiam vero, est sane cuius miseriæ, et nescio qvi (!) fato, qivis pius condoleat, et merito condoleat, ut qvæ turbulentis eqvidem usqve huc jactata fluctibus, jam vero pene labascat, et nescio, qvam dudum a plurimis prævisam minetur ruinam; minetur, inqvam, licet non omnimodo ruat adhuc, declinet licet. At, qvì sic inqves? Proh dolor, dissidia theologica, subdola lucifugarum qvorundam ac supposititia consilia, factionesqve deperditissimæ, hæc sunt, qvibus ceu arietibus tenebriones, organa diaboli, academiam nostram intus et extra aggrediuntur, dulcissima dudum demortua concordia

ac fraterna, societatem omnem, maxime vero sacram, de qua Psal. 132, conservans ac unice aduniens, animorum necessitudo sepulta computruit, nil præter odium, livor, invidia inter illos intercedit, qvibus vel ceu membris indivisis constitui, vel ceu capitibus regi academia deberet. In diversas dissecta est academia factiones; hic Hunnio reliqvisqve theologis, ille Hubero adhærescit; videres hic ipsos pene scholæ parietes secum mutua dissona qvadam invidentia et maledicentia dimicari, absunt penes qvos spes salutis in universum sita. Hunnius in comitiis, Polycarpus Brunsvigæ Dresdam brevi abiturus, ut omnino vivam fædissimæ anarchiæ imaginem conspiciendam simul ac deplorandam academia nostra præbeat cunctis, adeo ut omnino mihi locus hic sordere inciperet, ni essent, qvi buscum privata mea studia politica præsertim ac historicæ (ubi instructore etiamnum egeo) communicarem, qua in re opera utor clarissimi ac consultissimi cujusdam academiæ nostræ professoris D. Thomæ Frantzii, generi D. Viti Winsheimii, qui ut in politicis ac historicis versatissimus ac experientissimus est, sic et nihil intermittit, qvo studiorum meorum commodo prospici possit, dum exercitio domestico politicos varios atque varios secundum genuina ac sobria principia, atque ad reipublicæ rite administrandæ emolumenntum magis quam necessarios subinde ex historicis deducimus discursus, filo qvippe præceptionum politiarum historicam lectionem adjungentes, ceu in ipso usu oculis quasi subjectam exercitationem, qvo exercitio adeo sane delector, ut omnes alii motus ac vicissitudines saltem, ut solent turbulentiora aliquando somnia, affiant, qvorum, ut evigilaverimus, tandem obliviscimus. Deus optimus maximus coepta hæc nostra fortunet et secundet in nominis sui gloriam, patriæ atque amicorum emolumenntum, qui et idem te cum matre dilectissima et tota familia diutissime incolumem conservet, amen. — Dabantur Witbergæ 22 Maji Ao MDXCIV.

## 19.

1594, 12. Juli. Holger Rosenkrands til Faderen.

Litteras meas, parens dilectissime, 8 Julii ad vos  
datas spero tandem per qvendam Lucam fabrum vos  
accepisse, cui in Pomeraniam indeque recta ad vos ituro,  
easdem diuturni mei silentii indices festinanter admodum  
tradidi. Jam vero cum commode ad votum hic D. Wins-  
heimium a comitiis redeuntem offenderim, ansa commodiore  
oblata, de rebus propriis, maxime vero de iis, quæ apud  
nos geruntur publicis, copiosius perscribere licebit. Mea  
quod attinet, sunt jam, sit laus Deo, salva omnia atque  
ex voto, de morbo enim atque restituta sanitate proxime  
copiose satis; studia mea antiquo geruntur circulo, politica  
jam ago, et qvæ publica proprius spectant, eaque certe  
felici, sit laus Deo, genio, directore et ductore illo qvippe,  
qvi ipse vere audit politicus et de qvo alias, D. Thoma  
Frantzio academiæ professore jurisconsulto, qvo cum exer-  
citia optatissima ago privata de casu proposito qvodam  
deliberandi, consultandi, in diversas partes disputandi,  
adjuncta historiarum lectione simul ac politicorum (qvo  
nomine et juris interpretes habeo), qvibus exercitiis ea,  
qvæ in historicorum lectione observo, atqve politicorum  
præceptionibus adverto, ad usum postea ceu memoriæ  
recolam transfero. Res theologicas qvod attinet, pendent  
adhuc, Hubero eqvidem interdicta professio, idqve hac de  
causa et occasione, qvod 2 die pentecostes sub vesperam  
concione publica dogma suum adeo pertinaciter defenderit,  
acerreme etiam causam suam egerit, ut non absqve maximo  
scandalo, imo vero pene motu id factum adverterint illi,  
qvibus in absentia illustrissimi administratoris munus  
vicarium demandatum erat, licet autem silentium utriqve  
parti jam dudum demandatum erat; illud tamen non qvoad  
doctrinæ ac veritatis defensionem (nec non fieri decebat)  
institutum erat, sed qvoad personalia vitia, speciales partis  
utriusqve actiones reprimendas ac cohærendas (!). Adeoqve

mandatum hoc illustrissimi administratoris transgressum esse D. Huberum in propatulo erat, D. vero Gesnerum, qvi tum solus (absente in comitiis D. Hunnio, Brunsvigæ vero valedicente D. Polycarpo) aderat atqve ecclesiæ præ-erat, hunc, inqvam, ex officii ratione non deliqvisse, dum concionem Huberi qvoad sacram veritatem seqventibus aliquot concionibus refutat. Quid fit? Huberus a concionibus et lectionibus publicis abstinere jubetur, redit Hunnius, redit Polycarpus, uterque se a crimine Calvinismi publice ab Hubero ipsis assuto, publice excusat, populum monent, ne faciles sint ad qvodvis arripiendum, spiritus esse probandos, ut inquit Paulus. Interea D. Huberus ab illustrissimo administratore Ratisbonam avocatur; ubi jam hæreat, nescitur; illustrissimus ante biduum rediit, nec tamen ille, exspectamus tamen advenientem brevi. Principem Wirtembergensem una cum theologis suis de conciliando seu potius qvalicunqve ratione declinando hoc errore laborasse fertur; qvod factum sit, nescitur etiamnum, eventum qvotidie ex aula exspectantes. Ut autem est, non est, qvod interim sibi de tanto tanti viri casu gratuletur qvispiam, non est, qvod id veritati imputet, aut nasutolo qvodam præjudicio ecclesias nostras gravet, nec certe apostolus ipse Petrus gravissima se subduxit Pauli reprehensione; qvid viro isti summo, de ecclesia Christi, si qvis alias, optime merito D. Flacio Illyrico accidisse, præsens etiamnum testatur ætas. Qui stat, videat, ne cadat. Transmitto, parens dilectissime, breviusculam controversiæ hujus declarationem a D. Hunnio concinnatam et præter ipsius exspectationem divulgatam, ubi qvod vere de hac controversia haberi debeat, breviter explicatur. Quidnam posthac evenerit, litteris declarabo. — Libros qvod attinet, de qvibus non adeo dudum, aliaqve qvæ iisdem adjuncturum parentem dilectissimum spero, avide exspecto; fundabunt hæc et promovebunt studia mea qvam maxime.

Unicum est, de qvo parentem dilectissimum monere decet, Jacobum Sefeldium filium suum juniores Eschildium

studiorum causa huc emissum, nescio cujus commendatione, Ripensi cuidam Christiano Johannis concreditisse, Calviniano insigni atque sacrosanctæ veritatis egregio calumniatori, qvod an ex re pueri istius futurum sit, judicent alii. Qva de re parentem dulcissimum admonere volui, cum consilia et admonitiones parentis plurimum apud seniorem Sefeldium valere haud nesciam. His te Deo optimo maximo commendo cum matre dilectissima et tota familia. Vale, Witteberga 12 Julii Anni 1594.

Filius tuus u. et o.

Oligerus Rosencrantz.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 2071. 4to og i L. Dipl. Den i Slutningen af Brevet omtalte Christen Hansen Riber blev senere Professor i Kjøbenhavn og tilsidst Biskop i Aalborg. I et følgende Brev af 8de September s. A. fortæller Holger Rosenkrands, at der var holdt et Møde i Torgau af Theologer fra Wittenberg, Jena og Leipzig, hvor D. Samuel Hubers Sag var drøftet, og at han var bleven afsat fra sit Professorembede i Wittenberg, da han med den største Haardnakethed holdt fast ved de Ytringer, der havde voldet Forargelse.

## 20.

1594, 16. September. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn. Gud almectigste opholde oc beware teg altidt. Oc kandt teg ikke forholde, att Doctor Veitt Wintzheim haffuer her taldt med meg oc giffuitt meg tilkiende att haffde taldt med teg tiill Wittenbierg paa hans Hiemreise fra Reichsdagen, oc wille lade meg thet wide, att thu studerer gantz flittig oc haffde well forfremmitt teg vdi lærdomen, oc wille ther hos adware meg, att thu alt for meget flittig studerer oc end meere, end teg gott skulle were; thi hand formerket nogen skrøbelighed hos teg, att hand therfor befrøected, att thett skulle were teg skadeligt paa thin Helbrede, om thu for mægitt oc heftig wille beschwere teg sielff med thin Studering; thij hand meente, att hand haffuer giffuit acht paa teg, att thu skulle haffue nogen beswering vdi thit bryst oc en

stackit aande, att thett war att befrøchte, att vdi fremtiden kunde ther aff fororsages en hard brystsiuge, huilcket hand wille saa vdi then beste meening haffue meg adwaritt. Men att ieg thet saa aldelis haffuer kunde antage oc forstaa hans mening, will icke wel komme vdi mit Sind, oc tuiweller nogit ther paa, att ther skall were andit vnder, att hand sligt haffuer giffuit meg tillkiende. Huorfore ieg begerer, att thu wilt lade meg wide, huor thin leylighed er, om thu befinder nogen slig skrøbelighed hos teg vdi thit bryst, effter som hand thet haffuer berett for meg, oc om thu haffuer opladt teg for hannem, att thu haffuer nogen breck vdi brystet, eller om thu kandt wide, huadt orsag hand haffuer haffd ther tiill at gissue meg sligt tilkende. Oc effter som thu haffuer skreffuett meg tiill om then Student, som haffuer fuldt Jacob Seefeldtz Søn Eske ther vd tiill Wittemberg, at thet skal were en arg Caluinist, oc ther for icke skal were hannem gaffnligt, att hand lenge skulle were hos Eske: saa haffuer ieg talt med hans Fader ther om oc haffuer formerckt, at hand er mogitt ilde tillfredts thermed, att samme Person skulle were af thet slags; thij the som haffuer raadt hannem til then Person oc flydt hannem then, the haffde loffuitt oc tilsagt hannem wid theres Eedt at were aldeles reen vdi Religionen. Oc therfore haffuer begeritt aff meg, att ieg wille skrifflue teg tiill, att thu till wisse wille forfare vdi Sandhed, om hand er en Caluinist. Thersom for vist oc vdi Sandhed befindes, att hand er aff thet parti, tha will hand icke lenger lide hannem ther hos hannem, oc begerer, at ieg skulle skrifflue teg tiil, att thu wille forhøre ther tiil Wittenbierg, om thu kunde fly hannem en anden god Person, som er tysk født, som war reen vdi lerdøm oc wilde flittig tage ware paa hans Søn, att hand ther well kunde bliffue institueret vdi lerdøm, oc then thu kunde wide tiill wisse at hans søn kunde wel were forwaritt medt, tha wille han strax forløffue then anden. Saa wilt thu therom gøre thin yderste fliid, att thu kand

flye hannem een god Person tiill hans Søn, som hand wel kand were forwaritt med. Hand begerer ingen Dansk, men een vdlendisk person, oc her om med thet allerførste wilt skriffue meg beskeedt tiill ther om. Wi behöffue well her wdi Rigitt en lert oc weltalende Jurist Doctor; thu wilt oc lade meg wide, om ther er nogen ther till Wittenbierg eller Leipzig, som thu kender, ther staar tiill att bekomme oc wille lade seg bestille her wdi Riget, att thu ther om oc wilt skriffue mig tiill, dog icke lader teg ther om formercke emodt nogen, før thu fanger ydermere beskeedt att wide ther om. Oc will hermed befale teg Gud almectigste. Aff Flensburg then 16 Septembris Anno 1594 med hast.

Jørgen Rosenkrantz.

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4to og i L. Dipl.

## 21.

1594, 9. Oktober. Holger Rosenkrands til Faderen.

(Brevet begynder med en overmaade vidtløftig Retfærdiggjørelse i Anledning af Faderens Skrivelse af 9de Sept. 1594 om et Rygte, der fortalte, at Holger Rosenkrands skulde være forelsket i en Jomfru, der var i Huset hos D. Veit Winsheims Svigerson, D. Thomas Frantzius. Rygtet afgives som aldeles grundløst, og der omtales flere falske Rygter, som havde været i Omløb om H. R. — Angaaende Faderens Forespørgsel af 16 Sept. s. A. om Sønnens Helbredstilstand, svarer denne, at der formentlig ikke var nogen Grund til Ængstelse. Derpaa fortsætter han saaledes:) Præceptorem Escilli qvod attinet, universum id negotium meus magister ad vos perscribat copiosius, unicum id petierim, ut qvam fieri possit maxime ego ab invidia atqve calumniis fautorum et promotorum istius Dani, qvem sibi adjunctum habet Escillus, immunis esse qveam; certo enim scio illos, ubi rescierint, me admonitore parentem dilectissimum, qvalis sit iste homo, suboluisse, mihi fore offensissimos, qvod licet non adeo magni

faciam, malim tamen, qvam fieri possit maxime, invidiam eorum subterfugere, qvod parentem dilectissimum pro sua prudentia rectissime præcavere posse haud dubito. Nil restat, qvod addam, nisi maximæ, qvas debeo, gratiæ pro paterno erga me affectu, qvo mihi de studiorum meorum sumptibus tam liberaliter prospexit; faciam, Deo largiente gratiam, ne tam promptæ benignitatis unqvam vos poeniteat. Transmitto disputationem meam, qvam nuper promisi, juridicam, cum aliis qvibusdam exercitiolis, qvæ, ut boni consulas, reverenter peto. De dissidio theologico nil conclusum est, Huberus integrum pene mensem Torgæ hæret, responsumqve exspectare jubetur. Qvod fiat, tempus dabit. Transmittam proxime exemplum protocolli colloqvi hic habiti, qvod mihi a qvodom theologorum concreditum est, ex qvo de controversia ista ulterius judicium facere licebit. Oblitus pene fuissem illius, qvod ad finem litterarum tuarum adjeceras, de viro qvodam jurisconsulto; jam vero nec Lipsiæ nec hic præter unicum D. Winsheimii generum est, qvi rebus hujusmodi præsesse valeat, valet is gravitate, valet juris scientia, valet eloquentia, valet certe præ omnibus prudentia politica, ut quid in ipso desiderent viri principes, qvibus ex usu est, non habeant; ætate florenti est, annorum aliquot supra triginta, valetudine constanti, ut eminus et cominus ejusdem consiliis et laboribus uti Dania nostra possit. Plura de ipso ex Benedicto Alefeldio atque socero ipsius D. Winsheimio cognoscere poteris. Interim qvod jubes, sepulta apud me hæc erunt tacitaque. — Wittebergæ raptissime 9 Octobris Anno 1594.

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i L. Dipl.

## 22.

1594, 5. December. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn! Efftherthij thenne breffuise Hans Skoffgaards søn skall nu drage her fra oc till Wittenbierg at studere, wille ieg nu icke lade at skrifue

teg till medt hannem, endog ieg nyeligen tilforn medt itt wortt egett budt haffuer skreffuit teg till, oc effterhij thenne dreng er min slect paa fæderne oc møerde, oc hans fader war een goed from erlig mand oc min gode wen, ther fore wille ieg, att thw skulle forfremme hannem till thet beste, hues teg mueligt kand were, oc handt thet aff teg begerer. Thu wilt oc skrifue meg till, naar teg stedes budt, oc lade meg wide om thin leilighedt, huor then sig ther begiffuer, saa oc om andit merckeligt, som ther forfaller. Jeg forfarer, at then administrator aff Saxen haffuer paa Reichsdagen afsøndritt seg fra the Caluinister, som dog wille holde thennem till att were then Auspurgiske Confession forwante, vnder thet skin att the kunde medt nyde then Religions fredt, som the dog medt rette sielff haffuer vdsluttet thennem fra lang tiid tilforn; oc endog ieg for min Person well wedt, att samme først haffuer giort lofflig oc rett ther vdi, att handt thette haffuer giort, att hand vdi saa maade haffuer afsøndrit seg fra then secteriske hob, saa will thet dog icke behage eller loffuis aff thennem, som samme sect er tillgiffuen. Thu wilt ther fore skrifue meg till igen, huadt thu therom forfarit haffuer, tesligest om Hubero, oc the Caluinister, som ther vdi landet vdi begøndelse bleffue fangen oc anholdt, theris wilckor. Jeg wedt icke retter, end Apis von Grønberck, som war Hertzog Olrichs Hoffmester ther til Leipzic, kommer hiid snartt i Riget; ther thu kand komme hannem till ords, att thu tha bode mundtligen oc skrifftligen wedt hannem kandt lade meg wide, om hues thu west ieg begerer gierne at wide. Dog wille ieg icke, att thu skulle lade teg formercke for nogen, att ieg thette haffuer skreffuet teg till om hannem. Jeg wil nu her medt befale teg Gud almectigste. Aff Køpenhaffn then 5 Decembris anno 1594.

Jørgen Rosenkrantz.

Thu wilt helse thin Magister med gode natt paa mine wegne.

Udskrift: Myn kiere Søn Holger Rosenkrantz til egen Hand.

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4to, og i L. Dipl.

## 23.

1595, 10. Marts. Jørgen Rosenkrands til Sønnen.

Kiere Holger, kiere Søn. Gud were altiid medt teg oc beware teg. Jeg gifuer teg wenligen att wide, att ieg nu først for ij dage siden fick min Suoger Hans Langes skriffuelse, vdi huilken hand gifuer tilkende, att Magister Daniell haffuer skreffuit hannem till, att hand haffuer bekommitt itt kald till Stettin, oc att hand therfor er till sinds at begiffue seg fra Wittenberg oc ther hen, oc er therfore begerendes af hannem att wille lade hannem wide, huor hand wille haffue thet medt hans Sønner, som nu er hos hannem, huadt heller att hand will, att the ther till Wittenberg skulle bliffue lenger, eller om hand wille, att the skulle følge hannem till Stettin oc ther fortøffue hos hannem paa itt halff aars tiidt. Saa haffuer hand nu vdi hans skriffuelse begiertt aff meg, att ieg wille skriffue Ether till medt thet budt, ieg wille forskicke vdt till Ether, oc formercker af samme hans skriffuelse, att hand icke wille haffue hans Sønner till Stettin, oc er dog twiuell-raadig, huor hand skulle forskicke thennem andersteds hen, oc therfor begeritt mine raad oc betenckende ther vdi, oc at ieg thennem wille skriffue Ether till, attj ther effter kunde haffue Ether att rette. Saa haffuer ieg ther paa skreffuet hannem till igen, att ieg for nogen vger siden haffuer skreffuitt Ether till, att ieg wille, at thu Holger skulle komme hiidt i Rigit till meg nu straxt medt thet første, oc befrøchthet therfore, att hues breffue ieg nu skriffuer Ether till, skulle icke kunde komme Ether till hende, for I ware dragen fra Wittenbierg; dog thersom meg kunde stedes nogitt snart budt till Ether, wille ieg well skriffue Ether till mine Raad oc betenckende effter leyigheden, som seg nu begiffuer, som er, at effther-thi att hand sielff icke er endnu beraadt paa, huor hand wille forskicke hans Sønner hen, tøctis meg best were, att hand lodt thennem endnu nogen tiidt lang fortøffue

ther till Wittenbierg, indtill saa lenge att hand kunde ydermere beraade oc betencke seg oc endelige beslutte, huor hand wille thet skulle forholdes medt thennem. Anditt wiste ieg icke att kunde raade hannem paa thenne tiidt. Saa wilt thu tale medt M. Daniell ther om, oc I bode wille betencke hans Sønners gaffn oc beste, att beskicke thennem en god lerdt Person till, vnder hues Disciplin oc wardtecht the kunde were oc bliffue ther till Wittenbierg, indtill saalenge theris fader nogett anditt lader forordne oc tilskrifue thennem ther om. Naar Gud will thu kommer hiidt, kand Hans Lange forfare aff teg om theris leylighedt, oc huor widt the haffuer forfremmitt thennem vdi theris Lerdom, oc hand tha kand betencke theris leylihedt oc hues theris gaffn oc beste kandt were. Oc will nu forhobe, att thu retter teg effter min Skriffuse, som thu tilforn haffuer bekommit, saa att thu medt thet første kandt were her hos meg. Gud befaler ieg teg. Aff Køpenhaffn then 10. Martij Anno 1595.

Jørgen Rosenkrantz.

Udskrift: Meinem lieben Son Holger Rosenkrantz zu  
eigen Handen.

Afskrifter i Ny kgl. Saml. 2091. 4:o og i L. Dipl.